¶ Exemplificat de prefatis erroribus. Circa qd tria fac̃ q2 pmo ponit exēplū de errore tertio: 2⁰ ponit exēplū de de pmo: ⁊ 3⁰ de 2⁰: ſcđa ibi(Et ſi triāgulus)tertia ibi.(Et ꝓportionale)Dicit ergo(ſi g̃ aliqs demſ̃abit qm̃ recte linee nõ incidūt).i.nõ ꝯcurrūt(videbit̃ vtiqz hᶜ eſſe demſ̃atio ꝑꝑ id).vz. q̄ hᶜ paſſio nõ ꝯcurrere vt ineſſe(rectis lineis: ſz nõ ē aūt)ſu. hᶜ demſ̃atio(niſi qd fiat h̄).i. fiat determinatio(qm̃ ſint ſic eq̄les).i.eq̄ diſtātes. ⁊ ſubdit(ſi aut eq̄les).i.ſi accipiant̃ linee eq̄les.i.eque diſtantes(in quolz)erit ibi de quolz: hoc eſt erit ibi de oī ⁊ erit demõſtratio vl'is. ¶ Notandū aūt q̄ ea que ſunt ſpeciei cōpetunt generi ſz non competant ei vl'r. eſſe.n. rōnale qd cōpetit homini: competit aīali non omni. ¶ Notandum ēt q̄ linee recte ſunt genus ad lineas equales.i.eque diſtantes. non concurrere autem eſt ꝓpria paſſio linearum eq̄ diſtantium. Si g̃ ꝓpter affinitatē quā habēt linee recte ad lineas eque diſtantes: ⁊ ſi propter hoc q̄ hec paſſio cōpetit lineis rectis q2 cōpetit lineis eque diſtantibus quaſi ibi recte vellemus hanc paſſionem demonſtrare de lineis rectis ſimplr̃ deciperemur ſm̃ 3ᵐ errorem q2 nõ erit ibi de omni quare ſi accipiantur linee equales.i.eque diſtantes erit ibi de quolibet.i.de omni. Sed ſi accipiantur linee recte ſimplr̃ non erit ibi de omni q2 non cōpetit oībus rectilineis hec paſſio que eſt non intercidere.i. nõ cōcurrere. ¶ Dubitaret forte aliqs quare eſt impoſſibile lineas eque diſtantes concurrere ēt ſi in infinitū ꝓtraherentur. ¶ Dōm. q̄ hec.q. ſoluit̃ ex his q̄ dr̄ ī geometria. nā vt oſtenditur ibi ſi lineas paralellas ſecet aliq̄ linea: verbi gratia ſi linea.a.b. eſt paralella ⁊ eque diſtans linea.c.d. ſi has duas lineas ſecet.e.f. faciet ex eadē pte duos āgulos equales duobus rectis. ſi g̃ pdicte due linee poſſent cōcurrere ad aliquē punctū ſit ille pūctus.g. habebit igitur triāgulus.e.f.g. tres angulos valētes plus q̄ duos rectos. qd eſt impoſſibile. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et ſi triāgulus nõ eſſet aliud q̄ yſocheles videbitur vtiqz hui⁹ eſſe demõſtratio.

¶ Ponit exēplū de errore pmo qui eſt qñ cōe ſub ſe non hz plura inferiora. vt qñ genus non hz ſub ſe plures ſpēs. vel qñ ſpecies nõ hz ſub ſe plura īdiuidua. iō ait.(⁊ ſi triāgulus nõ eēt aliud q̄ yſocheles videret̃ vtiqz eſſe demõſtratio)ſm̃ q̄ yſocheles.q.d. q̄ ſi nõ eſſet alia ſpēs trianguli q̄ yſocheles poſſemus de leui decipi q2 h̄ poſito forte videret̃ nobis q̄ hr̃e tres poſſet demõſtrari de yſochele ſm̃ q̄ eſt yſocheles. qd eſt falſum. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et ꝓportionale qd ⁊ cōmutabilr̃ ē ſz q̄ numeri ſunt ⁊ ſm̃ q̄ linee ⁊ ſm̃ q̄ firma ⁊ ſm̃ q̄ tpa ſunt queādmodū ⁊ demſ̃atū ē aliqñ ſeorſum ꝯtingēs eē de oīb⁹ vna demſ̃atiōe mõſtrari. Sz ꝑꝑ id qd nõ eſt denoīatū aliqd ſcđm q̄ oīa hec vnū ſunt nūeri lōgitudies tpa firma ⁊ ſpē dr̃ia ſeorſum adinuicē accepta ſunt: nõ aūt vl'e mõſtrat̃: nõ.n. ſcđm q̄ linee ſunt: nec enim ſcđm q̄ tpa ſunt aut ſcđm q̄ nūeri inerat: ſed ſcđm q̄ hoc eſt qd vl'e ponunt eſſe.

¶ Hic vt dicebatur exemplificat de ſcđo errore. Circa qd duo facit. q2 p̄ facit qd dcm̃ eſt. ſcđo aſſignat rōnē eius qd dixerat ibi(nõ.n. ſm̃ q̄ triangulus)Circa pmū duo facit ſm̃ q̄ duo exēpla adducit ad ꝓpoſitū. nā p̄ exēplificat in q̄titatibus ꝓportionalib⁹. 2⁰ in ſpēbus triāguli ibi(Uñ ſi aliqs)Dicit g̃(⁊ ꝓportionale qd eſt ꝯmutabilr̃).i. hec paſſio que eſt ꝯmutabilr̃ ꝓportiōari ꝯtingit ſu. q̄titatib⁹(ſz q̄ ſūt nūeri ⁊ ſz q̄ linee ⁊ ſz q̄ firma ⁊ ſz q̄ tpa)oībus g his ꝯpetit hec paſſio. Oīa tñ iſta ſm̃ q̄ ꝯueniūt in hac paſſione nõ hñt nomē īpoſitū. Rurſus q2 de iſtis cōſiderāt diuerſe ſcie nõ fit vna demſ̃atio de his oībus: imo ariſmetrica ꝓbat hāc paſſionē ſolū de nūeris geometria de lineis. ⁊ ſic de alijs. Seorſuz g̃ in diuerſis ſciētijs ſunt diuerſe demſ̃ationes de hac paſſione. fieri tñ poſſet vna demſ̃atio de oīb⁹ his qb⁹ hec paſſio ꝯuenit. iō ait q̄(queādmodū demſ̃atū ē aliqñ ſeorſuz)⁊ diuiſim ſu. in diuerſis ſcientijs.(ꝯtingēs eſt).i. poſſe eſt(de oībus his demõſtrari)ſup. hāc paſſionē(vna demſ̃atiōe: ſz ꝑꝑ q̄ nõ eſt denoīatū)illud cōe ſu.(ſm̃ q̄ oīa hec ſūt vnū).vz.(nūeri longitudines tpa ⁊ ſolida)ſunt accepta adinuicē ſeorſum(⁊ ſpē dr̃ia).q.d.q. q2 inoīatū eſt id in quo vniunt̃ ⁊ cōueniūt nõ fit de his demſ̃atio vna ꝓut vniunt̃ in aliquo cōi: ſz magis fiunt de eis demſ̃ationes diuerſe ꝓut ſunt ſpē dr̃ia.i. ꝓut formalr̃ ſunt diſtincta ⁊ ꝓut ſunt ſeorſuz accepta. nūc aūt q2 ſic ſeorſum ſūt illa accepta nõ mõſtrat̃ vl'e q2 nõ accipit̃ ibi ſubz vl'e pmū:(nõ.n. linee ſm̃ q̄ linee ſūt aut ſz q̄ nūeri: ſz inherebat)hec paſſio(ſz ſm̃ q̄ ē hoc).i. ſz q̄ ē aliquod cōe ad oīa illa(qd ponūt).i. ponēdū eſt(eſſe vl'e).i. eſt ſubz vl'e pmū. ¶ Dubitaret forte aliqs qd ꝑmutatim ꝓportionari poſſit. ¶ Dōm q̄ ſi accipiantur q̄tuor numeri vel q̄tuor linee vel quatuor quecunqz q̄titates ſic ſe habet pma ad ſecundam ſicut

tertia ad quartã.poſſumus ꝑmutatim arguere ꝙ ſic ſe hʒ ꝓma ad tertiã.ſicut ſcḋa ad q̄rtã:vt ſic ſe hʒ.18 ad.9.ſicut.12.ad.6.poſſumus ꝑmutare ꝙ ſic ſe hʒ.18.ad.12.ſicut.9.ad.6.q2 ſicut.18.ↄtinet totũ.12.ꝛ medietatẽ eius ſic.9.cõtinet totũ.6.ꝛ medietatẽ ipſius ꝑmutatim ḡ ꝓportionari eſt facere de ſecundo tertium.ꝛ de tertio ſecundum.

❡ Ulterius forte dubitaret aliquis vtrũ oibus quãtitatibus ↄpetat ↄmutabilr ꝓportiõari.❡ Dicẽdũ ꝙ ꝓportio eſt aliq̃ certa habitudo vni⁹ q̄ntitatis ad aliã.ꝓportionalitas võ eſt ſimilitudo ꝓportionũ.ſʒ vt ꝓbaẽ in.10.geometrie.alique q̄ntitates relate ad alias ſunt oino ſurde ꝛ icõmẽſurabiles:ꝛ actu:ꝛ potẽtia.imo ſi velim⁹ recte loqui:ſʒ oes numeri ſint adinuicẽ ꝓportionabiles.nõ tñ oẽs q̄ntitates ↄtinue ꝓportionanẽ adinuicem.imo q̃libet q̄ntitas ↄtinua hʒ q̄ntitates ſimetras ꝛ cõmẽſurabiles.aliquas võ aſimetras ꝛ ſurdas.❡ Cũ ḡ q̄riẽ vtrũ oib⁹ q̄ntitatib⁹ ↄpetat cõmutabilr ꝓportionari:dici dʒ:ꝙ oib⁹ q̄ntitatib⁹ nõ ſm ꝙ q̄ntitates ſunt:nec vt accipiunẽ ſimplr:ꝛ cõparantur ad quaſcũq3 q̄ntitates:ſʒ vt cõparanẽ ad q̄ntitates ſibi ꝓportionabiles.nã nulla q̄ntitas ẽ q̃ nõ hẽat aliquã q̄ntitatẽ ſibi ꝓportionabilẽ.❡ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs.vtrũ ſub his q̄ttuor q̃ tãgunẽ in littera cõprehẽdanẽ oia illa in quib⁹ poſſum⁹ arguere a ꝑmutata ꝓportiõe.❡ Dicẽdũ ꝙ nõ ſolũ in lineis:ſʒ ẽt in ſupficiebus:ꝛ nõ ſolũ in corpibus:ſʒ ẽt in motibus.verũ q2 vbi nos habemus lineas.alia võ littera hʒ lõgitudines:ſʒ ſi ꝑ lõgitudines vellem⁹ intelligere nõ ſolũ lineas:ſed etiã ſuperficies.ꝛ ꝑ tpa vellemus intelligere omnẽ q̄ntitatẽ ſucceſſiuã.per ea que tãgunẽ in littera cõprehẽdiẽ gegd põt cõmutabilr proportionari:q2 oẽ tale vel ẽ q̄ntitas diſcreta:ꝛ ſic itelligiẽ ꝑ numerũ vel eſt q̄ntitas ↄtinua ſucceſſiua.ꝛ ſic itelligiẽ ꝑ tpa vel ẽ cõtinua ꝑmanẽs:ꝛ ſic itelligiẽ per lõgitudines ꝛ firma.ita ꝙ per lõgitudines itelligamus lineas ꝛ ſupficies.per firma vero corpora.Uel poſſemus dicere ꝙ quidã dicere videnẽ vt per ea que tangunẽ in littera denẽ intelligi ſciẽtie que arguũt a ꝑmutata ꝓportione:q2 in tpib⁹ videẽ arguere aſtronomia.in numeris ariſmetrica.in lõgitudinibus geometria.in firmis nãlis phia.Uel poſſumus dicere ꝛ melius ꝙ nõ eſt incõueniẽs in eodem multas dictiones ↄcurrere.qui ergo de oibus his que tanguntur in lr̃a demõſtrare vellet paſſionẽ hãc que eſt proportionalr ↄmutari duplr deciperet.ꝓmo q2 in aliqs ab iſtis cõpetit hec paſſio.2⁹ ꝙ cũ oia illa nõ habeãt vnũ nomen ĩpoſitũ nõ fieret demõſtratio:vt cõueniũt in aliquo vno cõmuni:ſed vt ſeorſum accipiunẽ.ꝛ per ↄñs peccaret cõtra vniuerſale:q2 nõ acciperet ibi ſubiectũ vle ꝓmum.ꝛ q2 ex hoc phus hʒ intentũ q̄ntũ ad ꝓpoſitũ ſpectat ſufficit enumeraſſe que tangunẽ in littera.❡ Eſt etiam diligenter aduertendũ ꝙ exẽpla ponim⁹:nõ vt ita ſint ſed vt ſentiat qui adiſcit.❡ Ulterius forte dubitaret aliqs.vtrum oia hec habent vnũ nomẽ ĩpoſitũ.❡ Dicẽdũ ꝙ aliud eſt habere vnũ nomẽ impoſitũ quocũq3 mõ.aliud eſt habere vnũ nomẽ impoſitũ vt conueniunt in aliqua paſſione.habent eni oia iſta q̄ttuor que tangunẽ in lr̃a:vʒ.numeri lõgitudines:firma:ꝛ tpa vnũ nomẽ ĩpoſitũ:q2 oia ſũt aliquo mõ quãtitates.nõ tñ habẽt vnũ nomẽ ĩpoſitũ vt cõueniũt in hac paſſione q̃ eſt cõmutari proportionabilr q2 hoc nõ cõpetit eis vt ſunt q̄ntitates.vt in ſupiori q̄ne tãgebaẽ.Jllud ḡ vle ſubm ꝛ illud cõe cui per ſe ꝛ ꝓ cõpetit hec paſſio nõ hʒ vnũ nomẽ.ſed poſſum⁹ ipm circũloqui ꝛ vocare q̄ntitatẽ ꝓportionatã.❡ Ulterius forte dubitaret aliquis vtrum ſit aliq̃ vna ſcia ad quã ſpectet ꝓbare hanc paſſionẽ de omnibus his que tangũẽ in lr̃a.videẽ ꝙ ſic.q2 ſi eſt vna ſcia que ↄſiderat de oibus iſtis põt ꝓbare hãc paſſionẽ de oibus eis.ſed nãlis phia conſiderat de oib⁹ his.ḡ ꝛc.❡ Dõm ꝙ lʒ oẽs ſcie ſillogiçẽt.ſola aũt dyalectica dat artẽ ſillogiçãdi.Sic lʒ mlte ſcie arguãt a ꝓportiõe mutata:ſolũ tñ ſcie mathematice ꝛ potiſſime mathematice nõ ſubalternate dãt artẽ de ꝓportiõib⁹:ꝛ oſtẽdũt q̃liter poſſumus ꝑ ꝓportões arguere:ꝛ q2 mathematice nõ ſubalternate ſunt ariſmetrica ꝛ geometria:cũ geometria nõ debeat ↄſiderare de numeris ꝑ ſe loquẽdo nec ariſmetrica de magnitudinibus.nulla ſcia ſpãlis eſt que poſſit hãc paſſionem de ſuo ſubo vli demõſtrare:ſed ſeorſum ſiunt tales demõſtratiões:vt in lr̃a tangiẽ.vtrũ tñ hoc poſſit ſpectare ad aliquã ſciẽtiã cõem nõ eſt ꝓſentis ſpeculatiõis oſtendere.❡ Deide cũ dicit.

❡ Propter hoc neq3 ſi aliqs monſtraret vnũquẽq3 triangulum demõſtratiõe aut vna:aut altera.qḋ duos rectos hʒ vnũquẽq3 yſochelẽ ſeorſuʒ ꝛ ſcalenõ:ideſt gradatuʒ nonduʒ cognouit triãgulũ:q2 duos hʒ rectos:niſi ſophiſtico modo.neq3 vle trianguli:neq3 ſi nullus eſt preter hoc triãgulus alter.

❡ Oñdit hoc idẽ in ſpẽbus trianguli dicẽs ꝙ (ſi qs demõſtraret vnũquẽq3 triãgulum aut demõſtratione vna aut demõſtratione alia ꝙ duos rectos habet) ita ꝙ demonſtraret (vnũquẽq3) triangulũ demõſtratione alia ꝛ ſeorſum vt ſi demonſtraret ſu.equilaterũ ſeorſum ꝛ gradatũ ſeorſum ꝛ yſochelẽ (nondũ cognit triangulum) ꝙ habet tres equales duobus rectis (niſi ſophiſtico mõ:nec) cognit (vle trianguli) i.non cognouit habere tres de triangulo vt eſt huius paſſionis ſubm vle ẽt ſi ſit (ſed nec nullus eſt alter triangulus ꝑter hoc) i.ſpẽs trianguli aſſignatas.❡ Notandũ tres eſſe ſpẽs trianguli vt alibi diximus.vʒ.equilaterũ yſochelẽ ꝛ gradatũ.nam ſi triangulus habeat oia latera equalia dr̃ equilater⁹.ſi duo dr̃ yſocheles.ſi oia inequalia dr̃ gradatus.❡ Notãdũ ẽt ꝙ habere tres poſſet demr̃ari vnica demonſtratione ꝛ ſimul de omnibus ſpẽbus his trianguli.poſſet etiaʒ de qualibet ſpẽ triãguli ſeorſum per ſe.ſed q̄ntis non ſit alius triangulus ab iſtis.nihilominus tñ ſiue demr̃areẽ habere tres de oibus his ſpẽbus ſimul ſiue de vnaq̃q3 ſeorſum nũq̃ tñ erit demr̃atio vlis nec accipieẽ ibi ſubm vle ꝓmũ cũ h ẽe tres nõ cõpetat niſi yſocheli nec eq̃latero nec gradato ſm ꝙ hõ ſũt ſʒ ſm ꝙ ſunt triãguli:de ſolo ḡ triãgulo demr̃ari poterit tanq̃ de ſubo vli ꝓmo.❡ Notãdũ ꝙ ſiue ſit noiatũ illõ cõe cui cõpetit paſſio ſic apparet in triãgulo reſpectu hr̃e tres.ſiue ſit innoiatũ ſic appꝫ in q̄ntitatibus ꝓportionalibus reſpectu ꝓportionabilr cõmutari ſemꝑ ẽ ibi error.ſi concludatur hõ paſſio de inferioribus ꝛ nõ de ſubiecto cõi:verũtamẽ q2 magis decipimur ſʒ hũc errorẽ qñ eſt cõe innoiatũ q̃ʒ qñ eſt noiatũ.iõ potiſſime ↄpunctus fuit hic error inter deceptiões circa vle qñ erat innominatuʒ ſubm cõmune.❡ Deinde cum dicit.

❡ Neq3 eniʒ ſcḋm ꝙ triangulus eſt cognouit neq3 omnem triangulum ſʒ aut ſcḋm numerum:ſcḋm ſpẽm autem non omneʒ:ꝛ ſi nullus eſt quem non nouit.

❡ Aſſignat rõnẽ eius qḋ dixerat.Ad cui⁹ euidẽtiã ſciẽdũ ꝙ tũc eſt ſubm vle ꝓmũ qñ cõpetit ei paſſio cũ reduplicatione ſiue qñ cõpetit ei in eo ꝙ tale.ſʒ reduplicatio ẽ reſpectu alicui⁹ qḋ reduplicaẽ.Duo ergo facẽ.q2 ꝓ aſſignat cãm dicti reſpectu reduplicationis.2⁹ reſpcũ ei⁹ qḋ reduplicaẽ.ſcḋa ibi.(Qñ igiẽ nõ nouit.Cõtinuaẽ aũt ſic bene dico ꝙ ſi hr̃e tres gõ cõcludat de oibus ſpẽbus trianguli nõ ꝓpter hoc cognouit ſubm vle primũ.(nõ ẽ.cognit ſʒ

ꝙ triãgulus eſt: nec cognouit oẽm eẽ triãgulũ) ſu. formaliter (ſ; cognouit) ſm mãm (ſm ſpẽm aũt) ſu. formalr nõ. (nõ aũt omnez) ſu. triangulũ cognouit (⁊ ſi) p ↄ̃uis (nullus eſt) triãgulus (quẽ nõ nouit.) ℂ Dubitaret forte aliqs quõ in ↄcludẽdo hãc paſſionẽ de oĩbus ſpẽbꝰ triãguli ſcimꝰ eã de oĩ triãgulo ſm numerũ: nõ aũt de oĩ triangulo ſm formã. Dicẽdũ ꝙ illud eſt ſubm formale alicuius paſſiõis: qđ ẽ tale ſ; ꝙ tale. illud aũt ẽ ſubm mãle de quo ꝑdicaẽ ſubm formale: vt p; in exẽplo qđ ſupra poſuimꝰ: vt puta ſi nõ eẽnt niſi tria corpa: v;. ferrũ: lapis: lignũ q cogſceret oĩa iſta tria cogſceret oẽ viſibile: nõ tñ pp hoc cogſceret viſibile ſm ꝙ viſibile eſt. nec cogſceret viſibile formalr. nã ferrũ: lapis. lignũ non ſunt viſibilia formalr ſ; mãlr: nec ſunt viſibilia ſm ꝙ hm̃: ſ; vt ſũt colorata. Coloratũ itaq; eſt viſibile formalr ⁊ ſubm formale huiꝰ paſſionis. qđ eſt oẽ viſibile ẽ coloratũ. q ĝ ſciret oĩa corpa oẽ viſibilia ſciret oĩa viſibilia mãliter. ſed q ſciret oẽ coloratũ oẽ viſibile ſciret oẽ viſibile formalr. ſic ⁊ in propoſito. Cũ igiẽ gradatꝰ ⁊ eqlaterꝰ nõ habeãt tres niſi i eo ꝙ triãguli: q ſcit hãc paſſionẽ habere tres. de oĩbꝰ ſpẽbꝰ triãguli ſcit oẽ hñs tres ſm numerũ ⁊ ſ; mãm: nõ aũt ſm ſpẽz vel ſ; formã. ℂ Aduertẽdũ tñ ꝙ reduplicatio competit ſolũ ſubo formali. ex pte ĝ ipiꝰ reduplicatiõis reddiẽ hec cã dicti cũ oñdiẽ ꝙ demõſtrare paſſionẽ de inferioribꝰ nõ de ſubo cõi: vt hñe tres. demõſtrare de ſpẽbꝰ trianguli: nõ de triãgulo: nõ eſt demõſtrare ð ſubi vli ⁊ ꝑ. nec de ſubo cui cõpetit reduplicatio: qꝛ nõ fit demõſtratio ſm formã: ſ; ſm mãm. vñ ĝ dictũ ẽ ꝙ hec rõ ⁊ hec cã dicti i ex parte ipſius reduplicationis ſumpta eſt. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Qñ igiẽ nõ nouit vlr: ⁊ qñ nouit ſimplr manifeſtuz qđ ſi idẽ eſſe inhereat triangulo ⁊ yſochelí: aut vnicuiq;: aut oĩbꝰ. ſi vo nõ idẽ ſemꝑ alteꝝ eſt aũt ſcđm qđ eſt triãgulus nõ nouit.

ℂ Aſſignat cãm dicti ex parte eius qđ reduplicaẽ: dicens. (Qñ igiẽ nõ nouit vlr: ⁊ qñ nouit ſimplr ẽ manifeſtum) ex dictis. (qꝛ ſi idẽ eẽ) i. eadẽ rõ (inhereat triãgulo) ſu. in cõi ⁊ eqlatero ⁊ aliis ſpẽbus triãguli (aut vnicuiq;) ſeorſum (aut oĩbꝰ) ſimul. q. d. ꝙ ſi eadẽ eſt rõ triãguli in cõi ⁊ ſpẽꝝ triãguli. aut hñe oĩum: aut vniuſcuiuſq; ꝑ ſe: tũc ſup. ſciẽdo hñe tres de oĩbꝰ ſpẽbus triãguli. vel de vnaq̃q; per ſe ſciemꝰ ⁊ de ipſo triãgulo. (Si vo nõ eſt idẽ ſ; ẽ alteꝝ) ſu. eſſe ⁊ altera rõ triãguli in cõi: ⁊ ſpẽꝝ eius ſic ſu. cognoſcẽdo hñe tres de ſpẽbꝰ triãguli (nõ nouit ſm ꝙ triangulus.) ℂ Notãdũ aũt q· qꝛ ſuperiora dĩnt rõne ab iferiorĩbus. iõ aliq̃ pñt cõpetere iferioribꝰ ſm ꝙ hm̃ que nõ cõpetũt ſupioribꝰ ⁊ ecõuerſo. vt ſi eadẽ rẽ dicit hõ ⁊ aĩal l homine: tñ hõ dicit iſtã rem magis ſpãlr ⁊ determinatẽ. aĩal vero magis gnãlr ⁊ cõfuſe. Oñdẽdere ĝ ꝙ demõſtrare habere tres de ſpẽbꝰ trianguli non eſt demonſtrare de ſubo vlr ⁊ ꝑ: qꝛ triãgulus q eſt ſubm vle ꝑmũ huiꝰ paſſiõis differt ſm rõnẽ a ſuis ſpẽbꝰ: eſt h̃ aſſignare cãm dicti ex pte eius qđ reduplicaẽ: qꝛ ꝓpter dĩam quã h; ſubiectũ reduplicatũ ad ſua inferiora paſſio que demõſtraẽ de ſupiori cũ reduplicatiõe de inferioribus cũ reduplicatiõe demõſtrari non poteſt. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Utrũ aũt ſcđm ꝙ eſt triãgulus aut ſm ꝙ eſt yſocheles: ⁊ qñ ſm hoc ꝙ eſt primũ vle: cuiꝰ eſt demonſtratio manifeſtũ ẽ: qñ remoto iſtis primũ: vt ab yſochele eneo remoto triangulo inſũt duo recti: h̃ eneũ eẽ remoto yſocheles: h̃ nõ figura aut termino: ſed non primis. Cuius ergo primi. Si itaq; triãguli ꝑmo ẽ ⁊ ſm hoc ineſt ⁊ aliis ⁊ hꝰ vlr eſt demõſtratio.

ℂ Dat viã ⁊ artẽ quõ poſſumꝰ cognoſcere ſubm vle ꝑmũ. d. (Uteꝝ ãt ſ; ꝙ triãgulꝰ ẽ aut ſ; ꝙ ẽ yſocheles. ⁊ qñ ſ; h̃ ꝙ ẽ ꝑmũ ⁊ vle cuiꝰ eſt demonſtratio) q. d. ꝙ ſubm vle ꝑmũ ẽ illud cuiꝰ ẽ demõſtratio. Si ĝ volumꝰ de demonſtratione artẽ tradere videndũ eſt reſpectu huiꝰ paſſiõis q̃ eſt habere tres vtrũ ſit ſubm vle ꝑmũ triãgulus vel yſocheles (⁊ ſm h̃) i. ſm quãcũq; aliã paſſionẽ videndũ eſt qñ eſt ſubm vle ꝑmũ (manifeſtũ eſt) ſup. ſubm vle primũ per hanc. ſ. artẽ (qñ ablato inſit primũ) q. d. qñcũq; ablato ab aliis adhuc ineſt ei iſtud ẽ ſubm vle ꝑmũ. ⁊ exẽplificat ð hoc: dicẽs ꝙ (triãgulo eneo iſunt duo recti: ſed ablato) h̃ qđ eſt (eſſe eneũ) adhuc ſu. inſũt triãgulo duo recti (ſ; nõ) remota (figura aut termino) remota. ſ. figura ⁊ remoto termino: qđ eſt ꝑus q̃ figura: ⁊ poniẽ in diffinitione figure. ⁊ qꝛ figura eſt que termino vel terminis clauditur. remotis enim his vel remoto hñe tres ab his remoueẽ a triangulo (ſ; nõ ꝑmis) i. ſ; nõ ꝓpter hoc ↄpetit hñe tres figure vel termino tanq̃ ſubis ꝑmis ⁊ ſubdit (cuius ergo ꝑmi) ⁊ rñdet (ſi vtriq; triãguli ⁊ ſm h̃) i. ſ; ꝙ triãgulũ (ineſt aliis. ⁊ hꝰ vlr ẽ demonſtratio) ⁊ ſu. hoc eſt ſubm vle ꝑmũ. ℂ Notãdũ aũt maximã ⁊ breuẽ artẽ dediſſe phm in cogſcendo ſubm vle ꝑmũ qđ ẽ cã q̃re inſit illa paſſio oĩbꝰ aliis. nã ſp ꝑmũ in quolibet gñe eſt cauſa oĩum alioꝝ vt põt hẽri i. z. meta. ℂ Notãdũ ẽt ꝙ ad cognoſcẽdũ cui ꝑmo ⁊ qđ eſt illud qđ eſt cã: q̃re inſit oĩbus aliis duo ſunt attẽdẽda. ꝑmo ꝙ remoto ab eo remoueaẽ ab aliis. 2°. ꝙ inſit ei vlr. Ex quo ſequiẽ ꝙ hñe tres ineſt triangulo ꝑ. qꝛ ſi remoueaẽ hoc ab eo remoueẽ ab aliis ⁊ ineſt ei vlr. ⁊ ex hoc ẽt appet ꝙ hec paſſio nõ ieſt ꝑ iferioribꝰ nec ſupioribꝰ ad triãgulũ. inferioribꝰ vo vt triangulo eneo vel yſocheli nõ ineſt ꝑ: qꝛ l; inſit oĩ tali: tñ ſi remoueaẽ ab eis nõ remoueẽ ab aliis. Supioribꝰ aũt vt figure nõ ieſt ꝑ. nã l; ſit ibi iſta conditio ꝙ ſi remoueaẽ a figura remoueẽ ab aliis. qꝛ ſi nõ ẽ figura nõ eſt triãgulus. ⁊ ſi figura nõ h; tres nec triãgulus. deficit tñ ibi ↄditio alia. qꝛ nõ eſt in oĩ figura nec cõpetit ei vlr. phs ĝ dedit ꝑus hec duo documẽta. ſcđo ex his duobꝰ ↄcludit hãc artem ⁊ hoc documentũ ꝙ illud eſt ꝑ qđ ẽ cã q̃re iſit oĩbꝰ aliis. eẽ itaq; ꝑ cogſciẽ ꝑ eẽ alioꝝ cã;. eẽ aũt alioꝝ cãm cognoſciẽ ꝑ hec duo documenta q· remoto ab eis remoueatur ab aliis ⁊ ꝙ inſit ei vlr. ℂ Dubitaret forte aliqs cũ eẽ ꝑ ſe differat a ꝑ vtrũ aliquo mõ poſſit accipi ꝑ ſe ꝙ ſit idez qđ ꝑ. ℂ Dĩm ꝙ ſi accipiaẽ ꝑ ſe. i. ꝑ cãm extrĩcẽ l ſe vt cõiter phs accipit. ſic ꝑ ſe dĩt a ꝑ ⁊ ẽ in plꝰ q̃ eẽ ꝑ. nam ſm hũc modũ ꝑ addit ad ꝑ ſe adeq̃tionẽ cãe. Sic ĝ loquendo qcqđ eſt ꝑ eſt ꝑ ſe: qꝛ qcqđ h; in ſe cãm adeq̃taz h; in ſe cãm ꝑ ſe: ſ; nõ cõuertiẽ ꝙ oẽ ꝑ ſe ſit ꝑ: qꝛ nõ qcqđ h; in ſe cãm h; in ſe cãm adeq̃tã. S; ſi accipiaẽ ꝑ ſe ꝙ idẽ ſonet qđ nõ ꝑ aliud: tũc idẽ eſt ꝑ ſe qđ ꝑmo: qꝛ hoc eſt ꝑmũ cui alteri ꝑ ipm nõ ipſi ꝑ alterũ. ℂ Ulteriꝰ forte dubitaret aliqs cũ ꝑmum differat ab imediato vtrũ aliquo mõ poſſit accipi ꝑmum qđ ſit idem cũ imediato. ℂ Dĩm ꝙ ꝑmũ vt phs de eo cõiter loqtur idem ſonat qđ hñe cãm adequatã. ⁊ qꝛ qđ h; cãm adequatam reſpectu alicuius paſſionis illa paſſio non ineſt ei ꝑ aliud ſubiectũ: idem ſonat ꝑmũ qđ nõ ꝑ aliud ſubiectũ. ⁊ ideo hñe tres ineſt triangulo primo: qꝛ nõ ineſt ei ꝑ aliud ſubiectũ tñ ineſt ei ꝑ aliam cãm: qꝛ ineſt ei ꝑ hñe angulũ extrinſecũ. Sed illud eſt imediatũ qđ nec eſt ꝑ aliud ſubiectũ nec ꝑ aliã cãm. igitur qđ eſt ꝑmo põt eſſe demõſtratiõis ↄcluſio. qꝛ habet cãm alteram per qđ ꝓbeẽ. Sed qđ eſt imediatum licet poſſit eſſe demonſtrationis principium: non tñ põt eſſe demõſtratiõis concluſio. qꝛ nõ h; cãm alteraz per quã ꝓbetur. p; ĝ ꝙ ſi accipiaẽ ꝑmo ꝓut idem ſonat ꝙ non per

aliud ſubiectū differt pmū ab imediato. Sed ſi accipiaẗ pmo put idem ſonat q nullo mō per aliud vt dicaẗ idē eſſe pmo qð nec eſt per aliud ſubiectū: nec p aliam cām ſic idem eſt pmum quod imediatum.

¶ Si igiẗ eſt demonſtratiua ſcīa ex necījs principijs. Qð eni ſciẗ nō pōt aliter ſe habere.

¶ Poſtq̄ pħs oſtēdit ex qb⁹ eſt demr̄atio: qꝛ eſt ex de oī p ſe ꝛ ſm q ipȝ. In parte iſta vt ſupius dicebaẗ declarat ex qb⁹ nō eſt. ſiue ex qb⁹ nō hȝ eē: qꝛ ad pfectā traditionē artis nō ſufficit ſcire q̄ ɔcurrūt ad aliqd: ꝛ q̄ oȝ accipe: ſed ēt debem⁹ cognoſcere q̄ nō cōcurrūt: ꝛ a qbus oȝ cauere. pp qð ſciēdū ē q qꝛ demōſtratio ē de omni. oȝ cauere ab his q̄ pñt alr̄ ſe hr̄e. p qꝛ de oī vt de eo hic agit: vt ſupra diceba ẗ iportat vlitatē tēpoꝝ. g̃ qð eſt tale ē ſemp: ꝛ nō pōt alr̄ ſe hr̄e. 2° qꝛ demōſtratio eſt p ſe oȝ cauere ab his que ſūt p accñs. 3° qꝛ demr̄atio potiſſima: de q̄ hic agiẗ ē ſm q ipm oȝ cauere ab ex̄neis ꝛ corruptibilib⁹ ꝛ cōib⁹ accñtib⁹. Nā ea q̄ ſūt ſm q ipm ſunt ɔuenientia: ꝛ ſūt ppetua: ꝛ ſūt ppa. pħus g̃ in oñdēdo de qb⁹ nō eſt demr̄atio: ꝛ ex quib⁹ oȝ cauere qnqȝ facit. p̄ oſtēdit q demr̄atio nō eſt ex his q̄ pñt alr̄ ſe hr̄e. 2° q nō eſt ex his q̄ ſūt p accñs. 3° q nō eſt ex extraneis: qꝛ nō deſcēdit de gñe in genus. 4° q nō eſt ex corruptibilib⁹. 5° q nō ē ex cōib⁹. 2° ibi. (Accidētiū aūt nō per ſe.) 3° ibi. (Nō igiẗ ex alio gñe.) 4° ibi. (Manifeſtū aūt ꝛ ſi ſint.) 5° ibi. (Om̄ aūt ꝛ ſi manifeſtū eſt.) ¶ Circa pmū duo facit: qꝛ p̄ pmittit quādā ɔñaȝ ex qua habeẗ pncipalis intētio. 2° añs illi⁹ ɔñtis manifeſtat ꝛ pbat. ibi ſtatiȝ poſtea. (Que aūt p ſe ſūt.) Dicit ergo (ſi demōſtratiua ſcīa eſt ex nec̄arijs pncipijs. qð enim ſcitur nō pōt alr̄ ſe hr̄e.) ¶ Dubitaret forte aliqs in hoc dicto pħi qd ſe hȝ vt añs: ꝛ qd vt ɔñs: ꝛ qd vt ɔclō: ꝛ qd vt pmiſſe. Dicendū aliquos dixiſſe pħum hic intendere probare demonſtratiuā ſcīaȝ eſſe ex nec̄arijs: ꝛ hoc probat p hoc qꝛ qð ſciẗ ipoſſe eſt alr̄ ſe hr̄e. ꝛ forte illud qð induxit eos fuit q in textu poniẗ hec ɔiunctio eni q̄ eſt ɔiūctio cāliſ. ꝛ iō cū in textu dr̄ (qð eniȝ ſciẗ impoſſe eſt alr̄ ſe hr̄e:) qꝛ videẗ ibi eē redditio cauſe: ꝛ hȝ eē ſenſus q iō demōſtratiua ſcīa eſt ex nec̄arijs: qꝛ qð ſciẗ nō pōt alr̄ ſe hr̄e. ſȝ hec expoſitio nō ē recta: qꝛ nunq̄ȝ hec ɔdītio ſi poniẗ ad ɔñs ſequēs: ſȝ ſemp ad añs. ſi qs g̃ diceret. ſi igiẗ erit hō: ex neceſſitate eni erit aīal. hoc q dico ſi igitur erit hō ſe hȝ vt añs. ex neceſſitate eni erit aīal ſe hȝ vt ɔñs. talis eſt locutio q̄ tradiẗ in lr̄a. (ſi g̃ erit demōſtratiua ſcīa ex neceſſarijs) ſe hȝ vt añs. ꝛ tenet locū pmiſſarū. (qð eni ſciẗ non pōt alr̄ ſe hr̄e) hȝ ſe vt ɔñs: ꝛ tȝ locū ɔclōnis. pħus itaqȝ vult pbare q demonſtratiua ſcīa nō eſt ex his q̄ pñt alr̄ ſe hr̄e. Nā cū ſuperi⁹ oſtēdiſſet ex qbus ē demōſtratio ꝛ que oȝ accipere. in parte iſta vt dicebaẗ declarat de quib⁹ nō eſt: ꝛ a qb⁹ oȝ cauere. in declarādo g̃ hāc ɔclōnē intentam pħus pmittit hāc ɔñaȝ q ſi demōſtratiua ſcīa eſt ex nec̄arijs eſt ex his q̄ nō pñt ſe alr̄ hr̄e. iō infert⁹ p multas rōnes pbabit hoc añs q ſcīa demōſtratiua ſit ex neceſſarijs. nā hoc pbato probatū erit ꝛ hoc ɔñs: qð eſt pncipale intentum. vȝ q ſit ex his q̄ nō pñt alr̄ ſe hr̄e. ¶ Eſſet aūt vlterius dubitādū: q hec pars in q̄ oſtēdiẗ q demōſtratio nō eſt ex poſſibilib⁹ alr̄ ſe hr̄e nō videẗ differre a pte illa: vȝ qñ oſtēdiẗ q nō ſit ex corruptibilibus: ſed de hoc inferius diſputabitur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que aūt p ſe ſūt nec̄io iſunt rebus. hec. n. ſūt in eo qð qd ē qbuſdā. alia iſūt i eo qð qd ē pdicātib⁹ de ipſis: quoꝝ alterū oppoſitoꝝ neceſſe ē ieē. Manifeſtū ē qð ex hꝰ quibuſdā vtiqȝ ſit demōſtratiu⁹ ſilliſ. Oē eni aut ſic ē aut ſȝ accñs. Accñtia autē nō neceſſaria ſunt.

¶ Probat añs pdicte ɔñtie: vȝ. q demonſtratiua ſcīa ſit ex neceſſarijs: quo pbato manifeſtū eſt q ē ex his q̄ non pñt alr̄ ſe hr̄e: qð erat pdicte ɔñe ɔñs. Duo ergo facit. qꝛ p adducit multas rōnes ad oſtēdēdum q demōſtratiua ſcīa ſit ex neceſſarijs. 2° pbat quedā q̄ in rōnib⁹ illis ſuppoſuerat. ibi (Qð aūt ex nec̄arijs.) ¶ Circa pmū q̄ttuor facit ſm q q̄ttuor rōnes adducit ad ppoſitū. 2° ibi. (Aut ergo ſic dicēdū.) 3° ibi. (Sig^m āt ē.) 4° ibi. (Manifeſtū āt ex his.) In parte iſta itēdit talē rōnē. ea q̄ ſūt p ſe ſunt nec̄ia. ſȝ demōſtratio eſt ex his q̄ ſunt p ſe vt in pmo mō. vbi pdicatū poniẗ in diffōne ſubiecti vel demōſtratio eſt ex his q̄ ſūt per ſe in ſcđo mō: vbi ſubm̄ poniẗ in diffōne pdicati. ꝛ qꝛ talia ſunt ex neceſſarijs demr̄atio eſt ex nec̄arijs. iō ait. (Que āt ſunt per ſe nec̄io inſunt reb⁹. iō h̄ ſūt in eo q qd eſt) q̄tū ad pmū modū p ſe. vbi pdicatū ē q qd ē. i. ē diffinitio ſubiecti. ꝛ ſubdit q (alia) i. ſtr̄ba (inſūt in eo q qd ē qbuſdā pdicātib⁹ de ipſis) ꝛ hoc q̄tū ad 2^m modū vbi ſubiecta ponunẗ in diffinitione predicatorū: ꝛ hꝰ pdicata ſunt proprie paſſiones. ꝛ ſubdit (quorum) i. quoꝝ pdicatoꝝ vel q̄rū p ſe paſſionū (alteꝝ oppoſitorum neceſſe eſt ineſſe) ꝛ ɔcludit (manifeſtū igiẗ eē ē q ex hꝰ qbuſdā) i. ex talib⁹ ppōnib⁹ p ſe. (ſit ſillūs demr̄atiu⁹) nā (oē) qð eſt (aut eſt ſic) i. aut eſt per ſe (aut p accñs. accidētia aūt nō ſunt nec̄ia) tunc ergo ſupplēda eſt rō q cū accñtia nō ſunt nec̄ia ꝛ ea que ſunt per ſe ſunt nec̄ia. ergo demōſtratio que eſt ex his que ſunt p ſe erit ex nec̄arijs. ¶ Notandū aūt q ſi fiat talis demonſtratio. oīs figura plana hr̄ns angulū extrinſecū hȝ tres angulos. ſed figura plana trib⁹ rectis lineis ɔtēta hȝ angulū extrinſecū g̃ ꝛc. hic in maiori ppoſitiōe vbi hec paſſio hr̄e tres pdicaẗ de figura plana trib⁹ rectis lineis cōtēta q̄ eſt pprium ſubȝ eius. eſt ibi per ſe in 2° mō. ſȝ in minori ppōne vbi figura plana trib⁹ rectis lineis cōtēta q̄ eſt diffō triāguli pdicatur de triāgulo eſt ibi per ſe in pmo mō. cū g̃ demr̄atiuus ſillūs ſicut ēt alij ſilli cōſtet ex duob⁹ pmiſſis vna maiori ꝛ alia minori: qꝛ in maiori eſt ſcđus modus p ſe. in minori vō pmus. iō pħus ait q demr̄atio eſt ex his q̄ ſunt p ſe q̄tum ad pmū modū vbi pdicatū eſt q qd eſt ſubiecti ꝛ q̄tū ad ſm modū vbi ſubm̄ eſt q qd eſt pdicati. Sȝ q̄liter iſta p ſe accipianẗ in pmiſſis in 2° libro vbi determinabiẗ de medio demr̄ationis clarius apparebit. ¶ Notandū ēt q loquēdo de p ſe paſſiōib⁹ ait q alteꝝ oppoſitoꝝ nec̄e eſt ineſſe: qꝛ p ſe paſſio vel ē vno noīe noīata ſicut hr̄e tres eſt paſſio triāguli: ꝛ tūc ſimplr̄ loquēdo nec̄e eſt talē paſſionē ineē ſubiecto: vel denominaẗ paſſio p duo oppoſita ſicut dicimus q rectum vel curuum eſt paſſio linee: ꝛ tūc oȝ alteꝝ oppoſitoꝝ ineē. ſemp g̃ ea q̄ ſunt per ſe nec̄aria ſunt. ꝛ qꝛ demr̄atio eſt ex his q̄ ſunt per ſe erit ex nec̄arijs. ¶ Dubitaret forte aliqs vtꝝ ea q̄ ſunt p ſe ſint nec̄aria vt in lr̄a dr̄. ꝛ videẗ q non: qꝛ eclipſis p ſe cōpetit lune. alr̄ nō poſſet demonſtrari de ea: ꝛ tñ nō ineē ei nec̄io: qꝛ nō ſp luna eclipſaẗ. ¶ Dōm q nec̄arium q̄tū ad pñs ſpectat pōt accipi tripl̄r vel ſub cōditiōe: ſicut neceſſe eſt hoīem currere dū currit: vel per relationeȝ ad cām: ſicut neceſſe eſt lunaȝ eclipſari interpoſita terra: vel ſimplr̄ ſicut neceſſe eſt celum moueri: ꝛ ſicut nec̄e eſt triāgulū habere tres. Ex primo aūt neceſſario nō ſit demōſtratio: ſȝ ſit ex 2° ꝛ 3°. Cū ergo diciẗ q eclipſis nō ieſt lune neceſſario: qꝛ nō ineſt ei ſp. dici dȝ q ineſt ei ſp p relationē ad cām. qꝛ ſp cū īterponiẗ terra luna eclipſaẗ: vel poſſumus dicere ſp: qꝛ ſicut riſibile eſt paſſio hoīs non diciẗ actum ſed aptitudinē: qꝛ hō nō ſp ridet: ſȝ ſp eſt apt⁹ natus ridere. ſic eclipſis eſt paſſio lune ꝛ diciẗ aptitudinē vt eſt eius

paſſio: τ nō actum: qꝛ nō ſemꝑ luna eclipſaſ: ſed ſemꝑ eſt apta nata eclipſari. ℭ Ulteriꝰ forte dubitaret aliqs quō ꝑmus modus τ ſcōs dicēdi ꝑ ſe dicāt habitudinē neceſſariā. ℭ Dicēdū φ in pmo mō vt ſepe ſepius dcm̄ eſt pdicatū ponit in diffōne ſubiecti. in 2°. vō ecōuerſo. diffinitio aūt ē illud qḋ formaſ ab itellectu intelligēdo rem. nunq̄ .n. pōt itelligi res ab itellectu ſine ſuis principijs diffinitiuis. eſt itaq̄ neceſſaria hitudo iter rē diffinitā τ pncipia diffinientia cū h ſine illis nō poſſit itelligi. in pⁱ g̊ mō ſubm hꝫ neceſſariā habitudinē ad pdicatū: ſicut res diffinita hꝫ neceſſariā hitudinē ad ſua diffinientia. in 2°. vō mō pdicatū hꝫ hitudinē neceſſariā ad ſubm τ ecōuerſo. ſꝫ nō eodē mō: qꝛ pdicatumꝰ hꝫ neceſſariā hitudinē ad ſubm q̄tū ad eē τ q̄tū ad intelligi: qꝛ ꝓpa paſſio nō ē: nec intelligi pōt ſine ꝓpo ſubō: ſubm vō hꝫ neceſſariā habitudinē ad pdicatū: nō q̄tū ad intelligi ſꝫ q̄tū ad eē. pōt .n. intelligi ſubm nō intellecta ꝓpa paſſione: ſꝫ nō pōt eē ſine ea. Cū g̊ ꝓpoſitio neceſſaria nihil aliud ſit q̄ neceſſaria habitudo ſubiecti ad pdicatū. pmus modus ꝑ ſe erit neceſſarius: qꝛ ibi ſubm q̄tū ad eſſe τ q̄tum ad intelligi hꝫ neceſſariā habitudinem ad pdicatū. 2ᵘˢ vō modus ē neceſſarius: qꝛ ſubm vt dcm̄ eſt ſine ꝓpa paſſione eſſe nō pōt: ſꝫ poſſit ſine ea intelligi. ℭ Deīde cū dicit.

ℭ Aut igiſ ſic dicēdum aut pncipiū ponentibꝰ qḋ demōſtratio neceſſarium ſit. Et ſi demonſtratū eſt aliter ſe hr̄e nō poſſe. Ex neceſſarijs igiſ oꝫ eē ſillogiſmū: ex veris qdē eſt τ nō demōſtratiue ſillogizare. ex neceſſarijs autē non eſt. ſed aut demōſtratiue. hoc autē propꝛium demonſtrationis eſt.

ℭ Adducit ſcdam rōnē ad hoc idē dicens (Aut g̊ ſic dicendum eſt) .vꝫ. φ iō demōſtratiua ſcīa eſt ex neceſſarijs: qꝛ ē ex his q̄ ſunt per ſe (aut ponētibꝰ nobis) .i. neceſſe eſt nos ponere (pncipiū) .i. hoc pncipio φ demōſtratio ſit neceſſaria (τ ſi demōſtratū) .i. demōſtratiue 2cluſuꝫ (nō eſt) .i. nō cōtingit poſſe alr ſe hr̄e: qꝛ g̊ ſic eſt (ex neceſſarijs oꝫ fieri ſillum) demōſtratiuū. nā (ex veris eſt) .i. 2tingit ſillogiẓare (ſed non demonſtratiue ſillogiẓare. ex neceſſarijs aūt nō eſt) .i. nō 2tingit ſillogiẓare nō demōſtratiue (ſed aut) .i. ſolum (demōſtratiue) ſillogiẓare ſu. 2tingit ex neceſſarijs. Et ſubdit φ (hoc aūt eſt ꝓpꝛiū demōſtratiōis) ſic ſillogiẓare τ ſic ꝓcedere. eſt aūt vis rōnis huius: φ qꝛ demōſtratū .i. demōſtratiue 2cluſuꝫ ē ex neceſſarijs: τ nō pōt alr ſe hr̄e. ideo pmiſſe ſūt neceſſarie: τ oꝫ demonſtrationem eē ex neceſſarijs. ſillogiẓare g̊ poſſumus ex extraneis: ſꝫ ꝓcedere ex neceſſarijs hoc eſt demonſtratiōis ꝓpꝛiū. ℭ Dubitaret forte aliqs. videſ φ illa maxima: τ iſtud qḋ dicit accipiendum eē ꝓ pncipio ſit falſuꝫ. vꝫ. φ ſi 2cl̄o ē neceſſaria φ pmiſſe ſint neceſſarie: vel φ demonſtratio eſt ex neceſſarijs: qꝛ hꝫ 2clōnē neceſſariā. nā ſicut ſe hꝫ verū ad verum ita videſ ſe hr̄e neceſſariū ad neceſſariū. ſed non valet ſi concluſio eſt vera. g̊ pmiſſe ſunt vere: qꝛ pōt ſequi verꝫ ex nō veris. ita a ſilī non videſ valere ſi conclō eſt neceſſaria. g̊ pmiſſe: qꝛ pōt ſequi vel cōcludi neceſſaria ex non neceſſarijs. ℭ Dicēdū φ ſi bene itelligatur lr̄a duplr ex iſto textu qō ſoluiſ. Propter qḋ ſciendū φ ex veris ſemꝑ ſeqͥſ veruꝫ. Sꝫ ex falſis non ſequiſ ſemꝑ verū: imo accidit φ veruꝫ ſequiſ ex falſis. hec g̊ eſſet bona 2ña in hoc modo ſillogiẓandi. ſemꝑ eſt cōclō vā: τ nō pōt eē nō vā. g̊ iſte modus ſillogiẓandi ſemꝑ ꝓcedit ex veris qꝛ ſi ꝓcederet ex falſis poſſet hr̄e 2clōnē nō verā. nā dcm̄ eſt φ ex falſis ſequiſ verū per accñs eſt: τ qḋ eſt ꝑ accñs pōt ſiue 2tingit nō eē. Sic in ꝓpoſito dicere poſſumus ſi 2clō demonſtrationis ſemper eſt neceſſaria: τ nō pōt eſſe nō neceſſaria. g̊ demōſtratio de neceſſitate ē ex neceſſarijs: qꝛ ſi nō eēt ex neceſſarijs poſſet habere cōclōnē nō neceſſariā. iō in lr̄a dr̄ φ ꝓpꝛiū ē demōſtratiōis ꝓcedere ex neceſſarijs. qꝛ ſu. ꝓpꝛiū ē eiꝰ hr̄e cōcluſionē neceſſariā. ſi g̊ fiat vis in h qḋ dicit ꝓpꝛiū eē demōſtratiōis ꝓcedere ex neceſſarijs. poſſumꝰ habere ſolutionē q̄ſiti: qꝛ nō eſt ꝓpꝛiū falſoꝝ cōcludere conclōnē verā: ſꝫ ꝓpꝛiū veroꝝ eſt: τ nō eſt ꝓpꝛiū cōtingētiū cōcludere concluſionē neceſſariā: ſꝫ eſt ꝓpꝛiū neceſſarioꝝ. ℭ Secūdo pōt hec q̄ſtio alr ſolui: vt dicamus φ ex cōtingentibꝰ pōt ſequi cōcluſio neceſſaria: ſꝫ nō ꝑ ꝗd ſꝫ qꝛ . cōtingentia enī nō pñt eſſe ꝑ ꝗd. nec pñt eſſe neceſſariorum cāe: τ ſi pñt eſſe cāe in inferendo: non tñ pñt eſſe cāe in eſſendo: τ qꝛ demōſtratio eſt ex cauſis nō ſolū q̄tū ad inferenduꝫ: ſed etiā q̄tū ad eſſe cū demōſtratio ſit ſillus faciēs ſcire. τ ſcire ſit ꝑ cāꝫ cognoſcere: per quā res ē: demonſtratiue nō poterit ſequi cōclō neceſſaria ex nō neceſſarijs: ſꝫ poſſit ſequi ſillogiſtice: ideo dr̄ in lr̄a φ cōtingit ſillogiẓari neceſſarium ex veris .i. ex non neceſſarijs: ſed non contingit demonſtrari: nunq̄ .n. demonſtratiue infert cōcluſio neceſſaria ex nō neceſſarijs. ℭ Deīde cū dicit.

ℭ Signum autēꝫ eſt φ demonſtratio ex neceſſarijs ſit: qm̄ inſtātias ferimus ſic ad opinantes dmōſtrare. qm̄ nō ſit neceſſe ſi opinamur: aut omnino contingere aliter aut rōnis cā.

ℭ Adducit tertiā rōnē ſumptā a ſigno .d. (Signum aūt ē φ demſtratio ſit ex neceſſarijs: qm̄ inſtātias ita ferimus ad opinātes demſtrare ſi opinamur aut olo 2tigere alr aut rōnis .i. diſputatiōis cā) e g̊ vis rōnis hꝰ: φ qꝛ ſic inſtamꝰ 2 opinātes demſtrare dicēdo φ nō arguūt ex neceſſarijs. iō ſignū eſt φ demſtratio ſit ex neceſſarijs. ℭ Notādū aūt φ multa dicimus gr̄a diſputatiōis que nō credimꝰ eē vā: τ iō q̄n inſtamus ei qui dicit ſe demſtrare: qꝛ nō arguit ex neceſſarijs: vel hoc dicimus. qꝛ ita credimus τ putamꝰ φ illa ex qbus arguit olo contingat aliter ſe hr̄e. vel hoc dicimꝰ cā rōnis .i. gr̄a diſputationis. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Manifeſtuꝫ aūt ex his: qm̄ ſtulti bene opinati ſunt accipere principia ſi ꝓbabilis ſit ꝓpoſitio τ vera vt ſophiſte: quoniaꝫ ſcire ſciam eſt habere. Non .n. quod ꝓbabible eſt aut veruꝫ principiuꝫ eſt: ſed primum in genere: circa qḋ demōſtraſ τ verū non omne ſed propꝛiuꝫ.

ℭ Adducit ad hoc idē rōnē q̄rtā dicens. (Palā aūt ex his eſt: qm̄ ſtulti opinati ſunt accipere hr̄i pncipia demſtratōis ſi ſit ꝓpoſitio probabilis τ vera vt ſophiſte) ſu. faciunt. τ bene dicit φ tales ſūt ſtulti τ ſophiſte (qm̄ ſcire eſt ſciam hr̄e) ſuper demſtrationē. τ ſubdit (nō .n. qḋ ꝓbabile ē aut verū) eſt ſu. (pncipiū) demſtratiōis (ſꝫ pncipiū in gn̄e) illo (circa qḋ demſtraſ: τ verꝫ) ſu. eſt demſtrationis pncipiuꝫ (nō aūt omne) .i. nō oē pncipium τ verum eſt ſu. demſtrationis pncipiū (ſꝫ ꝓpꝛiū) nūc ergo ſuppleaſ rō. cū demonſtratio ſit ex pmis τ veris τ ꝓpꝛijs τ talia ſunt neceſſaria opꝫ demonſtrationeꝫ eſſe ex neceſſarijs. ℭ Notandum aūt φ ſophiſticum dici oꝫ quicqd apparet τ non exiſtit: τ qꝛ arguens ex ꝓbabilibus forte pōt apparere ſciens τ nō eſt: ideo merito dicit eſſe ſophiſta. ℭ Notandum etiā φ ꝓpōnes pme pñt appellari dignitates que ſunt ꝓpoſitiones cōes τ pmiſſe pñt dici pme q̄ ſunt ꝓpōnes pme. nam pmiſſe ſunt in demonſtratione ꝓpōnes pme τ indemonſtrabiles: vel ſu. ſumunt originē ex pmis τ indemonſtrabilibus. Si g̊ demonſtratio eſt circa aliquod genus: vel circa genus continui vt geometria. vel circa genus numerorꝫ: vt ariſmetrica opꝫ demonſtrationē eſſe ex primis

in illo genere nō ex ꝑmis cauſis. q2 talia nō ingrediunt̄ demōſtrationē ſm ſubam: ſ3 ex ꝑmis ꝓprijs.

¶ Quō aūt ex neceſſarijs oꝫ eē ſillium manifeſtū ex his eſt. Si enim non eſt habens rationem propter quid exiſtente demonſtratione nō eſt ſciēs. Sic autem vtiq3 ⁊ qō.a.de.c.ex neceſſitate.b.autem medium per qō demonſtratum eſt: ſed nō ex neceſſitate nō ſciunt propter qd. Non.n.eſt hoc ꝑꝑ mediū. hoc aūt cōtingit oīno nō eſſe: cōcluſionē aūt neceſſariam.

¶ In parte iſta vt dicebat̄ ꝑhus ꝓbat q̄dā q̄ ſūt ſuppoſita in rōnib' ꝓbabitis. Supponebant̄ aūt duo. vꝫ. ꝙ neceſſariū ex nō neccarijs demōſtrari nō poterat: ſ3 poterat ſillogiçari. Jō duo facit. q2 ꝑ oñdit ꝙ nō poſſit neccīū ex nō neceſſarijs demonſtrari. 2°. declarat ꝙ poſſit ſillogiçari ibi (Cū ḡ ɔclō.) ¶ Circa ꝑmū duo facit ſm ꝙ duas rōnes adducit ad ꝓpoſitū. 2° ibi. (Amplius ſi aliqs.) dicit ḡ (Quō āt ex neceſſarijs oꝫ eē ſillium) demōſtratiuū (manifeſtū eſt ex his).i. ex dicēdis (ſi.n. nō hñs rōnē ꝑꝑ qd demōſtratiōe exñte) ſu. ꝑ cām nō (ē ſciēs).q.d. ꝙ cū demōſtratio exiſtat ꝑꝑ qd ⁊ dicat cām. nō hñtes cām nō ſcimus. ⁊ exēplificat in terminis. d. (ſit āt vtiq3 .a.de.c.ex neccītate eē) .i. hec ɔclō. oē.c.eſt.a. ſit neceſſaria (.b.aūt medium ꝑ qō demōſtratū ē).i. ꝑ qō eſt demōſtrata ɔclō illa (nō ex neceſſitate).i. ſit ɔtingēs (nō ſciuit ꝑꝑ qd. nō.n.eſt B).i. eſt hec ɔclō (ꝑꝑ mediū: B qō ɔtingit nō eſſe).i. qdē nō ē neceſſariū (ɔclonē aūt) ſu. poſuim' (neceſſariā.) ¶ Notādū aūt vim rōnis hui' in hoc ɔſiſtere: ꝙ cū demōſtratio ſit ꝑ cām ⁊ ɔtingēs nō poſſit eē cā neccarij demōſtratiue: ⁊ ꝑ cām nō ſciret̄ ɔclō neccīa ꝑ mediū ɔtingēs. ¶ Notandū ēt ꝙ cā ꝑ quā ſit demōſtratio dꝫ eē ita ꝓpa: ⁊ ita īmediata paſſioni ꝙ poſita ea ponat̄ paſſio: ⁊ remota remoueat̄ paſſio. vt poſita iterpoſitiōe terre ponat̄ eclipſis lune: ⁊ remot a remoueat̄. ⁊ poſito angulo extrinſeco ponatur hñe tres: ⁊ remoto remoueat̄. moueri mediū ⁊ poterit nō eē: nō aūt poterit regit̄ ſi mediū ſit ɔtingēs ⁊ conclō neccīa poterit remoueri ɔclō. nec poterit nō eē. ḡ tale mediū nō pōt eē cā cōclonis: q2 eo remoto nō ꝓpter hoc remouet̄ cōclō. oīa aūt hec in lr̄a īuuint̄. ¶ Dubitaret forte aliqs vtrū ɔtingēs poſſit eē cā neceſſarij: ⁊ videt̄ ꝙ ſic: q2 ɔtingēs eſt hoīem vulnerari: ⁊ tñ ꝑ vulnerationē q̄ ē ɔtingēs inducit̄ mors q̄ eſt ꝑpetua. nā nāliter loquēdo mortui in eternū remanebūt mortui. ¶ In ɔ̄riū eſt ꝑhus q vult ꝙ ſcire cōclonē neceſſariā ꝑ mediū ɔtingēs nō eſt ſcire ꝑꝑ qd nec ꝑ cām. ¶ Dicēdū ꝙ loquēdo de cā īmediata ⁊ ꝓpria ⁊ ꝓxima cuiuſmodi ē cā quā aſſumit demonſtratio īpoſſe eſt ꝙ ɔtingēs ſit cā neceſſarij: q2 vt in notabilib' tāgebat̄ poſita tali cā ponit̄ effect': ⁊ remota cā remouet̄. Qō vero arguebat̄ de mortuo. Dicendum ꝙ vulneratio ⁊ oīs motus imediate eſt cā fieri. nō aūt īmediate eſt cauſa eſſe vel nō: ſicut edificatio in actu īmediate eſt cā ipſi' edificari: ſiue ipſius fieri domus. Et iō poſito edificatore in actu ex neceſſitate ponit̄ ipm edificari: ⁊ ipſum fieri ⁊ ecōuerſo. ⁊ remoto remouet̄: ita ꝙ ſi nō eſt edificatio nō eſt edificari: ⁊ ſi nō eſt factio nō eſt fieri. Sed nō valet ſi nō eſt edificator ꝙ nō ſit edificium. nā mortuo edificatore nō ꝓpter hoc deſtruit̄ domus. ſic ⁊ in ꝓpoſito. vulneratio eſt cā īmediata ipſius trāſmutationis q̄ trāſmutatio ē cōtingens ⁊ tranſiens ſicut vulneratio ipſa. vel poſſum' dicere ꝙ talia intelligēda ſunt in cauſis per ſe vulneratio autem in tm̄ eſt cā mortis ꝑut per cā ſit aliq̄ alteratio in corpore. alteratio aūt per ſe ordinat̄ ad introductionē forme. ex ɔ̄ñti aūt ⁊ q̄ſi per accidēs ordinat̄ ad expulſionez ɔ̄rij. licet ḡ forma expulſa in ꝑpetuum ſit expulſa. forma introducta nō eſt perpetua. nā q expellit formaꝫ viui aliquā formā introducit ɔ̄riā illi forme: ⁊ alteratio per ſe eſt cā forme introducte que perpetua eſſe nō pōt. Poſſum' etiā ⁊ alr̄ dicere ꝙ falſum ē ꝙ mortuū in eternū remaneat mortuū. nā nālr̄ pōt fieri viuum ex mortuo ⁊ ex boue mortuo nālr̄ pōt fieri bos viuus nō idē numero: ſed ideꝫ ſpē: ⁊ q2 nō eſt ſciētia de hoc particulari vel de illo: dicere poſſumus: ꝙ nec forma introducta ē ꝑpetua: nec ē neceſſariuꝫ ꝙ forma expulſa in ꝑpetuū ſit expulſa. pōt eni mā redire ſub eadē forma ſub q̄ ꝑus erat. ¶ Deide cū dicit.

¶ Amplius ſi aliqs neſciuit reꝫ nunc habēs rōnē ⁊ ſaluatus ē ſalua re: nec ē oblit': nec pri' ſciuit. corrūpet̄ aūt vtiq3 mediū niſi ſit neceſſariū. quare habebit qdē rōnē re ſalua. neſciuit auteꝫ neq3 ergo prius ſciuit. Si vō nō corruptū eſt ɔtingit aūt corrūpi qō accidit vtiq3 erit poſſibile ⁊ contingēs: ſed eſt ipoſſe ſic ſe habētē ſcire.

¶ Adducit ſecūdā rōneꝫ. dicens. (Amplius ſi aliqs neſcit rē nunc).i. mō ⁊ tñ eſt (hñs rōnē ⁊ ſaluatus eſt: ⁊ ſalua re nō eſt oblitus nec prius ſciuit).q.d. ꝙ cuꝫ q̄tuor modis ⁊ nō pluribus perdat̄ ſcia. q2 vel perdit̄: q2 nō hꝫ rōneꝫ de eo. q2 decidit a mente tua rō vel perdit̄ per corruptioneꝫ tui. vel per corruptionē rei: vel per obliuionē q2 es oblit'. Iſtis ḡ ɔditiōib' manentib' qcqd nūc neſcis nunq̄ ſciuiſti. ⁊ q2 oīb' iſtis cōditiōib' manentib' ſi ꝑ mediū cōtingēs ſcis conclonē neceſſariā corrupto medio neſcis illā. ḡ nunq̄ ſciuiſti eā. iō ait ꝙ (corrūpet̄ āt mediū niſi ſit neccīū q̄re hēbis quādā rōnē ſalua re) ⁊ q2 ſu. ſaluat' eſt ipe ⁊ nō eſt oblit' (neſcit aūt) q2. ſ. corruptū eſt mediū (ḡ nec ꝑus ſciuit) ⁊ ſi dicat̄ ꝙ mediū nō eſt corruptū: pōt tñ corrūpi quo poſito ſeqt̄ ipoſſe. iō ait (ſi nō corruptū) ſu. eſt mediū (cōtingit aūt) ipm (corrumpi qō vtiq3 accidit) de corruptiōe medij (erit poſſe ⁊ ɔtingens: ſ3 ipoſſe eſt ſic ſe hñtem ſcire) ⁊ poſtea ſu. neſcire manētib' ɔditiōib' illis. ¶ Notādū āt ꝙ ꝑus ſcire ⁊ poſtea neſcire ē ꝑdere ſciam: ſ3 ſcia nō ꝑdit̄ niſi altero q̄tuor modoꝝ. ſic ḡ ſe hñte.i. manētibus oīb' illis q̄tuor ɔditiōib' ipoſſe ē ſcire aliqd ⁊ poſtea neſcire. ¶ Notādū ēt vim rōnis facte in B cōſiſtere: q2 ipoſſe eſt te ſcire neccīū ꝑ ɔtingēs: q2 ſi mediū ponit̄ contingens corrupto eo neſcies cōclonē. q2 nō ſcit̄ qō ē ꝑ id qō nō ē. cōcluſio ergo q̄ eſt neccīa nō ſcit̄ ꝑ mediū qō ponit̄ corruptū ⁊ ponit̄ nō eē. ḡ cū tu habeas rōnē ⁊ ſis ſaluat': ⁊ ſit ſalua res: ⁊ nō ſis oblitus. ḡ nō perdidiſti ſcientiam: ſed ſi neſcis ⁊ non perdidiſti ſcientiam. ergo nunq̄ ſciuiſti. igit̄ cū dicebas ſcire te per mediū ɔtingēs: neſciebas.

¶ Notandū etiā ꝙ poſſet aliter hec ratio formari vt dicamus ꝙ ɔclō neceſſaria ɔcluſa ꝑ mediū ɔtingēs nō aliter ſcitur medio exñte q̄ medio corrupto: ſ3 medio corrupto nō ſcitur. ḡ nec medio exñte ſcit̄. per mediū itaq3 cōtingens ſiue ſit ſiue nō ſit nō pōt ſciri cōclō neccīa. ¶ Notādū etiā ꝙ hec ꝓpoſitio ꝙ ɔclō neccīa cōcluſa ꝑ mediuꝫ ɔtingēs nō alr̄ ſcit̄ medio exñte q̄ corrupto: vificat̄ ꝑ ea q̄ tāgunt̄ in lr̄a. nā ſi ſcires medio exñte ⁊ neſcires medio corrupto. ḡ ꝑ corruptionē medij ꝑderes ſciam: ſ3 dcm̄ eſt ꝙ nō ꝑdit̄ ſcia niſi altero dictoꝝ q̄tuor modoꝝ. manētibus ergo illis q̄tuor cōditionibus ſciam nō perdidiſti. ſ3 neſcis medio corrupto ⁊ ſciam nō perdidiſti. ergo nunq̄ ſciaꝫ hūiſti ⁊ ſi nunq̄ ſciuiſti neſciuiſti medio exñte. vex̄ eſt ergo ꝙ non aliter ſciebas medio exñte q̄ nō exñte. q2 nec eo exñte nec nō exñte ſciebas. ¶ Dubitaret forte aliquis de his conditionib' per q̄s ꝑdit̄ ſcia vt ꝑhus innuit. ⁊ ꝑmo dubitat̄ de hac cōditiōe hñs rōnē vtrū ſtati cū ꝑdi/

2 6°

dimus aliquā rōnē pdam⁹ ſciā3.ꝛ videꝛ ꝙ nō.qꝛ forte
poſſet qs h̄re multas rōnes ad vnā ↄclōnē.nō ſtatiȝ ḡ cū
amitteret rōnē aliquā pderet ſciam illi⁹ ↄclonis:qꝛ rema
neret ſibi alia rō. Dicendū ꝙ loquēdo de rōnib⁹ potiſſi/
mis:p q̄s acq̄riꝛ ſcia ſimplr nō eſt niſi vna rō ad vnā cō
cluſionē.nā nālr loquēdo ꝛ ſ3 nālē originē ab vna cā im
mediata ſ3 vnū ꝛ eūdē modū nō pceditur niſi vn⁹ effect⁹.
iō habebiꝛ īferi⁹ ꝙ augenꝛ demonſtratiōes nō p media:
ſ3 in poſt aſſumēdo.ad hāc āt ↄclōnē ꝙ triāgulus h3 tres
nō ē niſi vnū potiſſimū mediū.v3.ꝙ h3 angulū extrinſe/
cū.q ḡ pderet ꝛ obliuiſcereꝛ hoc mediū ꝛ hāc rōnē ꝙ triā
gulus h3 angulū extrinſecū pderet ſciam hui⁹ ↄclonis: ꝛ
neſciret ꝙ hēret tres. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs de
ſc̄da ↄditiōe q̄ eſt ꝛ ſaluat⁹ ē.vtrū pp h̄ ic corruptionē per
daꝛ ſcia.ꝛ videꝛ ꝙ nō:qꝛ remanent ſpēs in aīa:qꝛ poſtq̄
deſinim⁹ fantaſiari:imo cū itellect⁹ ſit vt⁹ im ālis ꝛ ſit lo
cus ſpē3:vt dꝛ i.3.de aīa.o3 ꝙ ↄſeruenꝛ ſpēs in itellectu:
ſic̄ res ↄſeruanꝛ in ſuo loco:q̄re l3 nō remaneāt ſpēs ſen/
ſibiles corrupto corpe:qꝛ ſenſus fundaꝛ in organo corpo
reo:tn̄ nō videꝛ cā q̄re nō remaneāt ſpēs in itellectu cor
pore corrupto:qꝛ itellect⁹ nulli⁹ ptis corpis eſt act⁹.pote/
rūt ḡ remanere ſpēs in aīa ſepata: ꝛ ita remanebit in ea
ſcia.Dicēdū ꝙ aliud eſt q̄rere vtrū3 remaneat ſcia in aīa
ſeparata: ꝛ vtꝝ hō amittat eā p mortē.planū ē.n. ipm cō
iunctū ſiue ipm hoīe3 q p mortē amittit eē ꝙ o3 perdere
ſciam.nā ſcie ꝛ cetere alie pfectiōes pſupponūt eē.q̄re o3
ꝙ hō ſit ſaluat⁹.ꝛ nō ſit corrupt⁹ ad h̄ ꝙ hēat ſcia3.qd ſit
āt de aīa ſepata Ariſt. nō itromiſit ſe.ꝛ vtrum remaneat
ſcia in aīa ſepata nō ē p̄ſentis ſpeculatiōis. ¶ Ulteri⁹ for
te dubitaret aliqs de tertia cōditiōe q̄ ē ſaluare:vtꝝ opor
teat rē eē ſaluā ad hoc ꝙ de ea habeaꝛ ſcia. ꝛ videꝛ ꝙ nō
qꝛ nulla pluuia exñte pōt aliqs habere ſcia3 de ea: ꝛ q h3
ſciam de florib⁹ ridiculū videꝛ ſi dicaꝛ ꝙ in hyeme cum
nō ſint flores ſciam ſuā perdat.Dicendū ꝙ in hyeme qn̄
corrūpunꝛ flores ſi ſic eē deſinerēt ꝙ nō plus eſſent: niſi
ſic̄ eſt chymera.de eis ſcia eē nō poſſet: ſ3 flores i hyeme
aliquo mō ſūt:qꝛ ſi nō ſunt in ſe ſūt tn̄ in ſuis cauſis.ꝛ plu
uia tpe ſiccitatis l3 nō ſit in ſe:eſt tn̄ in ſuis cauſis: ꝛ qꝛ ſci
re eſt per cām ſufficit talia ſic eē: vt de eis ſcia eē poſſit.o3
ḡ ꝙ aliquo mō ſit res ſalua:vel in ſe:vel in ſuis cauſis ad
h̄ ꝙ de ea ſit ſcia:q̄ oia in libro de gn̄atiōne diffuſius dixi
mus.poſſum⁹ tn̄ ꝛ alr ſoluere dicendo ꝙ ph̄us loqꝛ h̄ de
ſcia ꝓut dicit quācūq3 cognitionē certā ſm quē modū ꝛ
de ipſis pticularib⁹ vt ſunt ſub ſenſu dꝛ de eis eē ſcia.cor/
ruptis āt his:qꝛ nō vlteri⁹ ſūt in ſenſu: nō ē de eis vlteri⁹
ſcia.vn̄ ꝛ cōmētator.7.meta.ait ꝙ pticularia cū recedūt
a ſenſu nō habem⁹ de eis ſciam ſ3 opiōnē. ¶ Ulteri⁹ for
te dubitaret aliqs de ↄditiōe q̄rta q̄ eſt: ꝛ nō eſt oblit⁹. vi/
deꝛ.n.iſta ↄditio eē eadē cū p̄ma.nā idē ē hēre rōnē ꝛ nō
eē oblitū.Dicēdū ꝙ p̄ma cōditio referēda eſt ad mediū.
hec aūt cōditio q̄rta referēda eſt ad cōclōnē.nā ſi ſcirem
y ſoc̄heles h̄re tres de triāgulo p h̄re angulū poſſem amit
tere ſciam de hac cōclōne:vel qꝛ obliuiſcerer hāc rōnē ꝛ
h̄ mediū ꝙ triāgulus h3 āgulū extrīſecū.vel qꝛ obliuiſce
rer hāc ↄclōnē ꝙ triāgul⁹ h3 tres.pōt enī ↄtingere ꝙ ali/
quis ſciat cām: ꝛ tn̄ ignoret effectū.potero enī ſcire ꝙ triā
gulus h3 angulū: ꝛ tn̄ oblitus ero.ex h̄ cōcludere ꝙ habe
at tres.Ad ſcire enī nō ſufficit cognoſcere cām : ſ3 op3 ſci/
re:qm̄ illius eſt cā.q ḡ h3 rōnē demōſtratiuā cog̊ſcit cā3 ꝛ
q nō ē oblit⁹ effectū:ſ3 q ſcit ipm referre in ſuā cā3 cog̊ſcit
cām: ꝛ qm̄ illi⁹ ē cā. ¶ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqs:vtrū
corruptio medij tollat ſciam. ꝛ vī ꝙ nō.qꝛ ph̄us inuit in
lr̄a ꝙ nō alr hēret aliqs ſciam de ↄclōne medio exñte q̄3
corrupto. ¶ In ↄtriū ē.qꝛ ſi o3 eē rē ſaluā ad h̄ ꝙ ſit ſcia
de ea multo magis o3 mediū ſaluū eſſe. Dicendū ꝙ aut

per corruptionē medij corrūpiꝛ res aut non. ſi corrūpiꝛ.
tūc hec cōditio contineꝛ ſub tertia cōditiōe:q̄ ē ꝙ res d3
eē ſalua. qō quō ſit itelligēdū ſupius eſt expꝛeſſum.ſi vō p
corruptionē medij nō corrūpiꝛ res:tūc tale mediū nō fa
cit p ſe ꝛ ꝓprie ꝛ imediate ad eē rei.iō nō alr ſciꝛ res tali
medio exñte q̄3 nō exñte.Eſt ḡ intentio ph̄i ꝙ ſi cōclō ne
ceſſaria cōcludaꝛ p mediū cōtingens. vel ſi ad effectum
neceſſariū aſſigneꝛ cā cōtingens. qm̄ aliqn̄ cōtingentia
ſūt:aliqn̄ nō ſūt.neceſſaria vō ſemp ſūt ꝛ in ſuo eē variari
nō pñt.eē vel nō eſſe talis medij nō variabit eſſe cōclō/
nis:ꝛ qꝛ res ſicut ſe h3 ad eē:ſic ſe h3 ad cog̊ſci: ſic̄ res ne/
ceſſarie nō alr ſunt rebus cōtingentibus exñtibus vel nō
exiſtentibus ſic cōclo neceſſaria nō alr ſcitur medio ↄtin
gente exñte vel non exñte. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cū3 igiꝛ cōcluſio ex neceſſitate quidē ē nihil
phibet mediū3 nō neceſſariū3 eē p qd̄ demon
ſtratū3 ē. Eſt enī ex nō neceſſarijs neceſſariū3
ſyllogizare ſicut ꝛ verum ex non veris. Cum
autem medium ex neceſſitate eſt : ꝛ ↄcluſio ex
neceſſitate ſicut ex veris verum ſemper.

¶ Declarat 2ᵐ ꝙ in p̄cedēti lectione p̄ſupponebaꝛ.v3. ꝙ
cōclō neceſſaria p mediū ↄtingēs nō poſſit demr̄ari:pōt
tn̄ ſillogiçari.Circa qō tria facit.qꝛ p̄mo facit qō dcm̄ eſt
2.º manifeſtat qō dixerat in terminis.3.º epilogat circa d/
terminata.ſc̄da ibi (ſit.n.a.de.b.) tertia ibi (qm̄ autē ſi
ſcit) Dicit ḡ (Cū ḡ cōclo ex neceſſitate ſit nihil ꝓhibet me/
diū nō nec̄iū eē:pp qō mediū eſt demr̄atū) .i. ſillogiçatū:
qō declarat p ſilē.d.q (ē.n.nec̄iū ex nō nec̄arijs ſillogiça
re ſicut ēt verꝫ ex nō veris) ꝛ ſubdit (ꝙ cū mediū ex ne/
ceſſitate eſt. ꝛ cōclo ex nec̄itate ē ſicut ex veris verū ſp.)
¶ Notādū aūt ſicut ſe h3 verū ad verū ſic ſuo mō ſe h3
nec̄ariū ad nec̄iū:iō ſicut ex veris ſp ſillogiçaꝛ verū ſic ſi
mediū eſt neceſſariū ↄclo ſp ē nec̄ia: ꝛ ſicut nō valet ſi p̄/
miſſe nō ſunt vere ḡ cōclo nō eſt vera.qꝛ pōt ſillogiçari
verū ex nō veris.ſic nō valet ſi p̄miſſe nō ſūt nec̄ie ḡ cō/
clo nō ſit nec̄ia:qꝛ pōt ſillogiçari neceſſariū ex nō nec̄a/
rijs. ¶ Notādū ēt ꝙ cū in lr̄a dꝛ ꝙ mediū p qō ē demr̄a
tū nec̄iū pōt eē nō neceſſariū ibi demr̄atū o3 ꝙ accipiaꝛ
large ꝓut idē ſonat ꝙ ſillogiçatū. ¶ Dubitaret forte ali
qs vn̄ ē h̄ ꝙ ſi p̄miſſe ſunt vere ꝙ ↄclo ē vera ꝛ nō ↄuer/
tiꝛ ꝛ ꝙ ſi cōclo nō ē vera p̄miſſe nō ſunt vere:nō tn̄ econ
uerſo.ꝛ qō dꝛ de vero vitatem h3 de nec̄io. ¶ Dōm ꝙ vt
alias tetigim⁹ ſillogiſmus eſt ↄña q̄dā ꝛ p̄miſſe ſe hñt vt
añs:cōcluſio vō vt ↄñs:ex ↄña aūt duobus modis cōtin/
git bn̄ arguere ꝛ duobus male.nā a poſitiōe añtis ꝛ a de
ſtructiōe ↄñtis eſt argumētatio bona.ꝛ a deſtructiōe añ
tis.ꝛ a poſitiōe ↄñtis mala. iō ſi p̄miſſe ſunt vere vel ne/
ceſſarie o3 ꝙ ↄclo ſit vera vel neceſſaria.qꝛ ſic arguim⁹ a
poſitiōe añtis vt ſi ſunt p̄miſſe eſt ↄclo. ¶ Rurſus ſi cō/
cluſio non eſt vera nec nec̄ia:nec p̄miſſe:qꝛ ſic arguim⁹ a
deſtructiōe ↄñtis.ſ3 nō valet.ſi p̄miſſe nō ſunt vere.ḡ nec
ↄcluſio.vel ſi nō ſunt neceſſarie ergo nec concluſio. qꝛ ſic
arguimus a deſtructiōe añtis:nec valet ſi cōcluſio eſt ve/
ra ergo ꝛ premiſſe:vel ſi eſt neceſſaria ergo ꝛ ille.qꝛ ſic ar/
guimus a poſitione ↄñtis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sit.n.a.de.b.ex neceſſitate ꝛ hoc de.c.neceſ
ſe eſt ergo ꝛ.a.c.ineſſe. ergo eſſe.c.oē.a.eſt ne
ceſſarium:ſ3 cum nō neceſſaria ē ↄclo neq3 me
diū3 eē neceſſariū3 poſſe eſt. Sit.n.a.in.c. non
ex neceſſitate in.b.a. ꝛ hoc i.c.ex neceſſitate.a.
ergo in.c. ex neceſſitate erit ſed nō cōceſſum ē.

¶ Qō dixerat manifeſtat in terminis.d. (ſit enim.a.de.b.

ex neceſſitate) .i. hec ſit maior .oē .b. de nec̄itate eſt .a. (et hec) .i. b. (de .c.) ſu. p̄dicet̄ de neceſſitate (neceſſe igitur et a. ineſſe .c.) ſu. ex nec̄itate. ſi premiſſe ḡ ſunt neceſſarie de nec̄itate ↄclō eſt neceſſaria: q̄z ſi aňs eſt neceſſariū: et ↄñs. arguit̄ .n. ſic a poſitiōe aňtis. ſed cū nō ſit nec̄ia cōclō nec mediū poſſibile eſt eē neceſſariū qḋ p̄z in terminis. ſit .n. a. in .c. cōclō nō de nec̄itate eē .i. nō neceſſaria. in .b. aūt .a. et hoc .i. b. in .c. ex nec̄itate. ḡ et .a. in .c. ex nec̄itate erit (ſ₃ nō ↄceſſum eſt) .i. ſ₃ hoc fuit negatū .q. d. ꝙ nō pōt ↄcedi cōcluſionē nō eſſe neceſſariā ſi p̄miſſe ſunt neceſſarie: q̄z ex nec̄itate p̄miſſaꝝ cōcludit̄ nec̄itas cōclōnis cuius ↄ̄riū cōcedebas. ¶ Notādū aūt ꝙ hic p̄hs inuit duos bonos modos argr̄edi: videlicet a poſitione aňtis vt ſi premiſſe ſunt neceſſarie et cōclo. et a deſtructiōe ↄ̄ñtis: vt ſi ↄcluſio nō eſt neceſſaria nec p̄miſſe. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quoniā igit̄ ſi ſcit demōſtrare oȝ demōſtrationē hr̄e: aut non ſciet neq₃ p̄pter qḋ: neq₃ q̄z neceſſe eſt illud eē. ſ₃ aut opinat̄ neſciēs: ſi accipiat̄ tanq̄₃ neceſſarium nō neceſſarium: aut neq₃ opinabit̄. ſimiliter ſiue ſciat: q̄z per mediata ſiue p̄pter quid et per imediata.

Adducit ſcd̄z argumētū. d. (Cōſequit̄ eni h q̄dē ſciēs) ſup. ſua ſcibilia (ille vero opinās) conſequit̄ ſup. opinabi lia (per media quouſq; veniat ad imediata: quare ſi qui dem ille). i. ſciens (ſciuit ⁊ opinans ſciuit) eſt ergo idem ſcia ⁊ opinio ſcitū ⁊ opinatū. Notandū aūt vim rōnis huius in hoc conſiſtere ꝙ ſicut ſcia pcedit per media do nec veniat ad im mediata. ita opinio procedit per media donec veniat ad imediata. nam vt ſupra diximus: ad opi nionem ſpectat etiā vſq; ad imediata reſoluere. q̄re ſi ex hoc dr ſciens ſcire: q2 vadit per media vſq; ad imediata. ⁊ opinās dicet̄ ſciēs. q2 iſto mō pgit. erit ergo ſcia opinio. ⁊ ſcitū opinatū. Deinde cum dicit.

Sicut enim ⁊ quia eſt opinari ⁊ ppter quid autem medium eſt.

Adducit tertiā rōnē dicēs q· (ſicut. n. eſt). i. ↄtingit opi nari (q2 ⁊ ppter q̄d). ſ. ↄtingit opinari (hoc āt ē mediū) . i. hoc eſt opinari per mediū ⁊ p cāz. Notādū aūt ꝙ ſic ↄtingit accipere pbabilr aliquē effectū ↄtingit accipe p babiliter cāz. cū ḡ arguimus p id qd apparet eē pbabilr effectus aggeneramus opinionē q2. ſ3 cuz arguimus p id qd apparet pbabilr eſſe cā ⁊ mediū tūc aggeneram⁹ opi nionē pp q̄d. ↄtingit opinari ḡ q2. ⁊ ppter q̄d. ex hoc ergo ſic formet̄ rō. hoc videt̄ eſſe ppriū ſcie diuidi p q2. ⁊ p pter q̄d. ſed hoc cōpetit opinioni. ḡ ſic diuidit̄ opio p q2. ⁊ ppter q̄d ſicut diuidit̄ ſcia. ⁊ ſicut contingit opinari q2. ⁊ ppter q̄d. qd eſt hre mediū ⁊ cām. ſicut cōtingit ſcire. idē ergo erit ſcia ⁊ opinio. q2 eodē mō diuidunt̄. ⁊ p ↄñs idē erunt ſcitum ⁊ opinatum. Deinde cum dicit.

Aut ſi q̄dē ſic arbitrat̄ nō ↄtingētia alr ſe hre ſicut ⁊ habēt diffinitiōes p quas ſunt demon/ ſtratiōes nō opinabit̄ ſ3 ſciet. Si aūt vera q̄dē eē nō tñ hoc ipſis ineſſe ſecūdū ſubſtātiā ſed ſe cundum ſpeciē opinabit̄ ⁊ nō ſciet vere.

Soluit ad qōnes factas. Circa qd duo facit. q2 pͦmo ſol uit ad qōnem ſcdā. vz. ꝙ nō eſt idē ſcia ⁊ opinio. 2° ad qōnē pͦmā. ibi (Eiuſdē āt opio) Circa pͦmū duo facit. q2 pͦmo oñdit ꝙ nō eſt idē opinio ⁊ ſcia. 2° diuidit opinionē in q2. ⁊ ppter q̄d ibi (⁊ q2 ⁊ ppter q̄d) Dic̄ ergo (Aut q̄dē ſi aliq̄s ſic arbitratur). i. ſic extimat. ⁊ ſic videt ſe cogno ſcere non cōtingentia alr ſe hre ſicut ſe hñt diffinitiones per q̄s demſtratiōes ſunt: ille cognoſcēs talia ⁊ p talia (nō opinabit̄ ſ3 ſciet. ſi aūt vera quidē) vident̄ eſſe q̄ accipit (nō tñ) ↄtingit (ineſſe ipſis ſm ſubam) q̄tū ad pdicata ſubalia (⁊ ſm ſpēm) q̄tū ad p ſe paſſiōes (opinabit̄ ⁊ nō vere ſciet). q. d. ꝙ hec ē dñia iter ſciaz ⁊ opionē. q2 ſcia ac

ceipit que nõ ꝯtingūt alr ſe hr̃e. opinio aūt nõ accipit ea q̄ inſunt rebus ſm ſubam .i. nõ accipit p̄dicata ſubalia vel melius nõ accipit ea q̄ inſūt rebus ſz ſubaz .i. gn̄e ⁊ ſz ſpēz ſed accipit ea que ꝯtingūt alr ſe hr̃e. ꝓpter qd̄ nõ eſt idez ſcia ⁊ opinio. ❡ Notādū aūt ꝙ diſtinguit̄ duplex accn̄s .vz. accidens indiuidui ⁊ accn̄s ſpēi. Accn̄s aūt indiuidui eſt accn̄s cõe. Accn̄s aūt ſpēi ſūt p ſe paſſiones q̄ ſequunt̄ p̄ncipia ſubalia rei. arguere g̃ ex talibus q̄ inſūt ſm ſubaz ⁊ ſpēm .i. q̄ ſequunt̄ p̄ncipia ſubalia: ⁊ ſunt accn̄tia ſpēi ē arguere ex nõ ꝯtingentib⁹ alr ſe hr̃e. opinio autē nõ accipit talia: qꝛ accipit cõtingentia aliter ſe habere: ⁊ ideo diffet a ſcientia. ❡ Deinde cum dicit.

❡ **Et qꝛ ⁊ ꝓpter quid ſi quidez p imediata opinabit̄: ſi nõ p imediata ſoluz ipm̄ qꝛ opinabit̄.**

❡ Diuidit opinionē in qꝛ ⁊ ꝓpter qd̄. Propter qd̄ ſciendū ꝙ tam in ſcia q̄ȝ in opinione cuz qs ſcit reſoluere vſq̄ȝ ad imediata ſcit qꝛ ⁊ ꝓpter qd̄. ſcit qꝛ: qꝛ ſcit qm̄ ſic eſt. ⁊ ſcit ꝓpter qd̄: qꝛ ſcit cauſam. ſz cū neſcit reſoluere vſq̄ȝ ad immediata pōt ſcire qꝛ: ſed neſcit propter qd̄: qꝛ neſcit cām. vt qui videt ſolē eclipſari ⁊ neſcit eclipſim reſoluere i ſuam cauſam vt īterpoſitionē terre: ſcit qꝛ ſol eclipſat̄. ſz neſcit ꝓpter qd̄. ⁊ qd̄ dictū eſt de ſciā veritatē hz de opinione. nã opinabilia mediata que ſunt parū ꝓbabilia pñt reduci in imediata ꝓbabilia. ⁊ qn̄ ſcimus talia opinabilia ſic reſoluere habem⁹ opinionē qꝛ ⁊ ꝓpter qd̄. qn̄ aūt neſcimus habem⁹ opinionē qꝛ nõ ꝓpter qd̄. iō ait (Et qꝛ ⁊ ꝓpter qd̄) ſu. hēbit opīonē (ſi qdē opinabit̄ p imediata) .i. ſi ſciat reſoluere opinabilia vſq̄ȝ ad imediata (ſi vō nõ per imediata opinabit̄ ipm̄ qꝛ) ſup. nõ ꝓpter quid.

❡ **Eiuſdē aūt opinio ⁊ ſcia nõ penit⁹ ē: ſz ſicut falſa opinio ⁊ v̄a eiuſdē quodā mõ ē ſic ⁊ ſcia ⁊ opīo eiuſdē. Et .n. opinionē ⁊ verā ⁊ falſaz ſic dicūt qdā eiuſdē ieſſe icõueniētia accidit appetere alia que ⁊ nõ opinari ꝙ opinat̄ falſo.**

❡ Poſtq̄ȝ p̄hus ſoluit hāc q̄ōnē ꝙ nõ eſt idē opinio ⁊ ſciētia. In parte iſta vult ſoluere q̄ōnē aliā ꝙ nõ eſt idem ſcitum ⁊ opinatū oſtēdens qūo ſit idē ⁊ qūo nõ ſit idē. Circa qd̄ duo facit: qꝛ p̄mo oſtendit qūo ſit idē ſcitum ⁊ opinatum: ⁊ qūo nõ ſit idem q̄tū ad ipm̄ ſcibile ⁊ opinabile. 2° qūo ſit idē q̄tū ad ſciētē ⁊ opinātē ibi. (Manifeſtum autem ex his.) Circa p̄mū tria facit: qꝛ p̄ oſtēdit ꝙ nõ ē idē ſcitū ⁊ opinatū penitus: nec de eodē penit⁹ ē ſcia ⁊ opinio ſicut nõ eſt idē opīo v̄a ⁊ falſa: nec eſt de eodē penitus opīo vera ⁊ falſa. 2° declarat qūo de eodē poſſit eſſe opīo v̄a ⁊ falſa. 3° qd̄ dixerat de opiniōe v̄a ⁊ falſa adaptat ad ſciaz ⁊ opinionem. 2ª ibi. (Qm̄ aūt idē.) 3ª ibi (Similr autem ſcia.) Dicit ergo (eiuſdē autem opinio ⁊ ſcia nõ penitus eſt: ſed ſicut falſa ⁊ v̄a opinio quodāmodo eſt eiuſdē. ſic ⁊ opinio ⁊ ſcia eſt eiuſdem) ſu. quodāmō nõ eiuſdē ſimplr ⁊ ſubdit q (⁊ opinionē verā ⁊ falſam eiuſdē: ſicut quidaz dicūt eſſe accidit) ſu. illos ſic dicētes (appetere inconueniētia alia quidem) ſu. multa q̄ȝ illa que ponunt̄ hic. vel alia quidē multa: reputa oīa illa incõueniētia que poſita ſunt i. 4. metaphy. vbi hec mā pertractat̄ (⁊) ſu. inter alia incõueniētia accidit hoc incõueniēs (nõ opinari qd̄ opinat̄ falſo) .i. ꝙ nulla opinio ſit falſa. hoc g̃ poſito quilibet opinabit̄ veruz. ⁊ nõ opinabitur quod opinatur falſum. ❡ Dubitaret forte aliquis vñ ſequit̄ hec cõſequentia. ꝙ ſi de eodem eēt opinio vera ⁊ falſa: ꝙ nulla opinio eēt falſa. ⁊ ꝙ nõ opinaret̄ aliqs de aliquo aliqd qd̄ eſſet falſuz. ❡ Dicēdum ꝙ modi itelligēdi ſumunt̄ a modis eēndi. vñ ſicut res ſz hz ad eſſe. ita ſe hz ad cognoſci. ꝑꝑ qd̄ de eodem penit⁹ nõ pōt eē opīo v̄a vl̄ falſa. nã opīo v̄a ē de eodem relato in id qd̄ ineſt ei lz ꝯtingat alr ſe hr̃e. falſa autē opinio eſt de eodem relato in id qd̄ nõ ineſt ei: lz ⁊ h' forte contingat aliter ⁊ aliter ſe habere. ſicut ergo ſor. ſedens ⁊ ſtans eſt idē mālr: nõ eſt idē p omnē modū. ita idez vt relatū in id quod ineſt ei ⁊ relatū in id qd̄ nõ ineſt ei ē idē māliter. nõ idem eſt per omnē moduz. ſed ſi de eodē per omnē modū poſſet eſſe opinio vera ⁊ falſa. veritas ⁊ falſitas opinionis non acciperet̄ ex eo ꝙ ita res ſe hz: vt de ſorte eodez modo ſe habente ⁊ ſm rem ⁊ ſm relationem vt ꝙ nõ refert̄ in aliud ⁊ aliud non poſſet eſſe opinio vera ⁊ falſa. ꝙ huius diuerſitas ſumeret̄ ex parte rei opinabilis. ergo ſi poſſet eſſe opinio vera ⁊ falſa: ſic de eodē penitus oporteret ꝙ talis diuerſitas ſumeret̄ ex parte intellectus opinantis. vt ideo hec eſſet falſa opinio. ſortes ſedet: qꝛ aliquis opinat̄ ipm̄ nõ ſedere: ſz etiā ideo eſt vera. qꝛ aliquis opinat̄ ipm̄ ſedere. ſm hoc ergo rediret illa opinio reprobata in. 4. meta. ꝙ quicquid apparet eſt verū: ⁊ quicqd opinat̄ aliqs eſt verū. hāc ergo poſitionē ſequuntur multa incõuenientia. ⁊ potiſſime ſequit̄ hoc inconueniens ꝙ nulla opinio ſit falſa: qꝛ ſi qcqd opinamur ē verū: cū nullus opinet̄ aliqd qd̄ credat eē falſuz: nulla opīo erit falſa. ideo p̄hus ait. ꝙ nõ contingit opinari ꝙ opinat̄ falſo. i. qd̄ credit̄ eē falſum. ꝓz ꝙ ſi de eodez penit⁹ poſſet eſſe opinio vera ⁊ falſa ſequeret̄ ꝙ qcqd opinaremur eēt verū: ꝑꝑ qd̄ nulla opinio eēt falſa. ❡ Ulterius qꝛ intellectus hoīs nõ qeſcit. dubitaret forte aliquis vnde ſequitur hec ꝯña. ꝙ ſi eadē penitus eēt opinio vera ⁊ falſa ꝙ quicquid crederemus eē veꝝ: verum eēt. ⁊ ꝙ per conſequens nulla opinio eſſet falſa. ❡ Dicendū ꝙ qꝛ veritas ⁊ falſitas opinionis non cauſatur ex intellectu opinante. ſed ex re opinata. vt ideo eſt vera opinio: qꝛ ſic eſt in re. ⁊ iō falſa qꝛ ſic non eſt. ⁊ qꝛ veritas ⁊ falſitas opinionis cauſatur ex re opinata: non ex intellectu opinante nulla mutatiōe facta in itellectu opināte ſz ſoluz mutata re opinata opinio vera fiat falſa. ⁊ econuerſo. vt ſi opinionem quis habet ꝙ Petrus ſedeat manente eo in hac opinione nulla mutatiōe penitus facta in ipo ſurgente petro erit illa opinio falſa que prius erat vera. ergo opinans penitus exiſtens idem nullo modo mutans pōt hr̃e opinionē verā ⁊ falſam. cuius rō eſt. qꝛ huius veritas ⁊ falſitas nõ cauſat̄ ex opināte. ſi igit̄ de eadem re penitus nullo modo ſe alr habente nec in aliud ⁊ aliud relata poſſet eſſe opīo vera ⁊ falſa: ꝯñs eſſet ꝙ talis veritas ⁊ falſitas nõ cauſaretur ex re opinata. ſicut nõ cauſat̄ ex intellectu opināte. quia eodem mõ penitus ſe hñte pōt hr̃e opinionē verā ⁊ falſam. ſed ſi nõ cauſaret̄ v̄itas ⁊ falſitas ex re opinata oporteret ꝙ cauſaretur ex intellectu opinante. ergo ſicut nunc veritas ⁊ falſitas opinionis cauſat̄ ex eſſe ⁊ nõ eſſe rei ita ſtante hac ypotheſi veritas ⁊ falſitas opinionis cauſaretur ex opinari vel ex non opinari opinantis. ergo ſicut nunc dicimus quare eſt vera opinio quia ſic eſt. ⁊ quare falſa qꝛ ſic non eſt. ita tunc diceremus quare eſt vera quia ſic intellectus opinatur ⁊ quare falſa qꝛ ſic non opinatur. quicquid ergo opinaremur eſſet verum. ⁊ nulla opinio eſſet falſa. ❡ Deinde cum dicit.

❡ **Qm̄ aūt multiplr idē dr̃ eſt ſicut ꝯtingit. Eſt aūt ſicut nõ. cõmēſuratiuū .n. eē diametrū vere opinari icõueniēs ē. ſz qꝛ diametros circa quā ſunt opiniōes idē ſic eiuſdē eſt: ſz qd̄ aliqd erat eſſe vnicuiq̄ȝ ſecundū rationē nõ idē eſt.**

❡ Qꝛ dixerat ꝙ de eodē penit⁹ ē opinio vera ⁊ falſa declarat qūo de eodē ⁊ qūo nõ de eodem ſit opīo v̄a ⁊ falſa. nã idē opinabile pōt dici: vl̄ ipm̄ enūciabile: vel ipſa res opi

nata de eodē enūciabili ſil' nō pōt eē opīo vera vel falſa:
vel qḋ idē eīdē enūciabile nō pōt ſimul eē verū ⁊ falſuꝫ
ſꝫ eodē opinabili.i.de eadē re opinata eſt vt ſic:⁊ ē vt nō.
nā de eadē re mālr pōt ſimul eē opinio vera ⁊ falſa.de ea
deꝫ formalr nō. ideo ait ꝙ (qm̄ aūt idē dr̄ multiplr eſt)
qꝛ (ſicut ↄtingit eē).ſu.de eodē opinionē verā ⁊ falſaꝫ (ē
autē ſicut nō).i.quodā mō ↄtingit ⁊ quodā mō nō.⁊ ſub
dit ꝙ (cōmēſuratū eē diametrū coſte vere opinari ē in
cōueniēs).q.d.ꝙ iſtud enūciabile qḋ eſt dyametruꝫ eſt
cōmēſuratū coſte nō pōt exp̄mere vel ſignificare opinio
nē verā:⁊ qḋ dcm̄ eſt de iſto enūciabili.intelligēdū eſt de
quolibet alio enūciabili.ꝙ vnū ⁊ idē enunciabile ſimul
⁊ ſemel nō pōt exp̄mere vel ſignificare opinionē verā ⁊
falſaꝫ:qꝛ tūc eſſet eadē oṫo ſimul vera ⁊ falſa.⁊ ſubdit ꝙ
(ſꝫ ſm dyametros eſt circa queqꝫ ſūt opiniones).i.ꝗtū
ad ipam rē opinatā eſt (idē).i.mālr (⁊ ſic eſt eiuſdeꝫ).ſ.
mālr opinio ſu.vera ⁊ falſa (ſed ꝙ aliqḋ erat eſſe vnicuiꝗ
ꝗꝫ ſm rōnē).i.ꝗtū ad rōnē diffinitiuaꝫ que dicit eſſe rei
(nō eſt idē).q.d.ꝙ de eodē dyametro mālr nō de eodeꝫ
formalr ⁊ ſm rōnē pōt eē opinio vera ⁊ falſa. ¶ Dubita
ret forte aliqs qūo de eadē re mālr nō de eadē re forma
liter:⁊ ſm rōnē pōt eē opinio vera ⁊ falſa.⁊ qūo idē enun
ciabile nō ↄtingit eē verū ⁊ falſum. ¶ Dōm ꝙ ſi qs opi
naṫ dyametrū eē cōmēſurabile coſte opinaṫ falſum.qui
aūt opinaṫ ipꝫ icōmenſurabile opinaṫ verū. idē eſt ergo
dyametrū mālr de quo hic hꝫ opīonē verā:ille vo falſaꝫ.
ſed nō eſt idē dyametrū formalr ⁊ ſm rōnē:nec ſm cōſi
derationē.nā habēs opinionē verā cōmēſurat dyametrū
ſm eſſe icōmēſuratū ⁊ refert dyametruꝫ in tale eſſe.hn̄s
vo falſam cōſiderat ipm̄ ſm eē cōmēſuratū ⁊ refert ipm̄
in tale eſſe.idē eſt ḡ dyametrū mālr de quo pōt eſſe opīo
vera ⁊ falſa:ſꝫ nō eſt idē formalr.vel nō eſt idē ſm cōſi
derationē:vel nō eſt idē ſm relationē. nā cōmēſuratio ⁊
incōmēſuratio ſunt diuerſe ꝑfectiones vel diuerſe forme
vnde nō eſt idē formaliter dyameter acceptus vt cōmē
ſuratus ⁊ vt incōmenſuratus:nec eſt eodē mō conſidera
tus dyameter ſic ⁊ intellectus. nec eſt dyameter eodem
mō relatus:nec eſt idē ſm relationē ſi referaṫ in eſſe cō
mēſuratū ⁊ in eſſe incōmēſuratū:qꝛ ſi opinabile dicat rē
opinatā de eodē opinabili.i.de eadeꝫ re opinata materia
liter pōt eſſe opinio vera ⁊ falſa:ſed de eadem re opinata
ſm ↄſiderationē.⁊ de eadeꝫ re ſm relationem nō erit ſi
mul vera ⁊ falſa opinio. Sic ḡ dicendū eſt de opinabili
put per opinabile itelligimus rem opinatā.ſꝫ ſi p opina
bile intelligamꝰ ipm̄ enūciabile ſiue ipſam ꝓpōnem per
quā ꝓferamus opinionē noſtrā:qꝛ nō eſt eadeꝫ ꝓpō nec
idē enūciabile qḋ dicit dyametrū eſſe cōmenſurabile:⁊
ꝙ dicit ipm̄ eſſe incōmenſurabile.de eodē enūciabili nō
erit ſimul opinio vera ⁊ falſa. ¶ Deinde cū dicit.

¶ **Similiter autē ⁊ ſciētia et opinio eiuſdē eſt.
hoc quidem eniꝫ ſic aīalis eſt ꝙ nō eſt cōtinge
re nō eſſe aīal. ſed illa qdē quod eſt contingere
vt ſi hoc quidem ꝙ vere hominis eſt: illa vo
hominis quidē:nō aūt veri hoīs. idē eni eſt qꝛ
homo hoc autem nō ſicut idem.**

¶ Per id qḋ dixerat de opinione vera ⁊ falſa ſoluit q̄ōneꝫ
de ſcīa ⁊ opinione.nā ſicut de eodeꝫ mālr pōt eſſe opinio
vera ⁊ falſa.nō aūt de eodem ſm ↄſiderationē.ita de eo
dem mālr pōt eſſe ſcīa ⁊ opinio:nō aūt de eodē ſm cōſi
derationē.vt ſi qs ↄſiderat hoiem eſſe vere aīal ⁊ ꝙ ipoſſi
ſit alr ſe hr̄e poterit hr̄e ſciam. Si qs vero ↄſiderat ꝙ hō
nō ſit vere.i.ex nēcitate aīal:⁊ ꝙ pōt hoc alr ſe hr̄e pote
rit de hoc hr̄e opinionē.de eodē ḡ hoie alr ⁊ alr ↄſiderato
poterit eē ſcīa ⁊ opīo.Hͦ ē ḡ qḋ dicit.(Silr aūt ſcīa ⁊ opīo
eſt eiuſdē).ſ.mālr:nō eiuſdē ſm ↄſiderationē. Et ſubdit
ꝙ (hec.n.qdē).i.ſcīa (ē ſic aīalis ꝙ nō ē ↄtingere nō eſſe
aīal ſꝫ illa).i.opīo (q̄cūqꝫ eſt ↄtingere) nō eē aīal.q.d.ꝙ
ſcīa de aliquo ꝙ ſit aīal ē ꝙ nō ↄtingat nō eſſe aīal. Illa
aūt opīo de aliquo ꝙ ſit aīal eſt q̄cūqꝫ.vel eſt (q̄ ē ↄtinge
re) alr ſe hr̄e.Et ſubdit (vt ſi hoc qdem).i.ſi ſcīa (ſit vere
hoīs).i.ſi ſit de homine ꝙ ve ſit aīal:⁊ ꝙ nō cōtingat alr
ſe hr̄e (illa vo).i.opīo (hoīs qdē) ſit (nō aūt vere hoīs).i.
nō ſit hoīs ꝙ ſit ve aīal.i.de nēcitate aīal ꝙ nō contingat
alr ſe hr̄e.Et ſubdit (illud.n.ē qꝛ hō).i.de eodē hoie mā
liter erit ſcīa ⁊ opīo (hͦ aūt).i.idē hō mālr ē (ſicut nō idē)
ſm ↄſiderationē ꝓut de ipſo hꝫ eſſe ſcīa ⁊ opinio. ¶ Du
bitaret forte aliqs.vtrū de eodē mālr poſſit eſſe ſciētia ⁊
opinio. ¶ Dicēdū ꝙ ēt in mathematicis q̄ maxime ſunt
ſcita:⁊ que maxime ſunt certiſſima in p̄mo gradu certitu
dinis:vt vult cōmētator ſuper 2° metaphyſice pōt cōtin
gere ꝙ idem ſit ſimul ſcitū ⁊ opinatū: vt de triangulo ꝙ
habet tres poteſt quis habere ſcientiam ſi aſſentiat huic
veritati eo ꝙ nouit cauſam poteſt quis habere opinionē.
ſi aſſentiat huic veritati ꝓpter auctoritatem euclidis. qꝛ
hoc dicit euclides vel propter aliqḋ aliud ꝓbabile ſignū.
habens.n.hoc mō cognitionē de triāgulo nō hēret ſciaꝫ
ſꝫ opinionē.nā qḋ dicit euclides poſſet eſſe falſum ⁊ ꝓba
bile ſignū poſſet deficere.ḡ ſic ſciēs triāgulum ꝙ hꝫ tres.
qꝛ hoc dicit euclides.vel de hoc hꝫ aliqḋ ꝓbabile ſignuꝫ
nō hꝫ de hoc ſciam.qꝛ neſcit hoc ꝙ nō poſſit aliter ſe hr̄e.
relinquiṫ ḡ ꝙ hēat de hoc opinionē. de eodem ḡ mālitar
poterit eſſe ſcīa ⁊ opinio.nō tn̄ de eodē ſm ↄſiderationē.
qꝛ nō eſt idem ſm ↄſiderationē referre aliqḋ in ꝑ ſe cām
⁊ in aliqḋ ꝓbabile ſignū.vel non eſt idē ſm ↄſiderationē
cōſiderare aliquid vt nō ↄtingat alr ſe hr̄e:⁊ conſiderare
illud vt contingat alr ſe hr̄e. ¶ Ulterius forte dubitaret
aliqs:vtꝝ ſi idem ſit ſcitū ⁊ opinatū.idē eēt ſcīa ⁊ opinio.
Dicendum ꝙ ſi idē penitus ⁊ ꝑ omnē modū eſſet ſcitum
⁊ opinatū.idē eſſet ſcīa ⁊ opinio. nam idem penitus ⁊ per
omnē modum nō poſſet eē ſcitū ⁊ opinatum. niſi de ipſo
eodē ſm eaſdē ↄſiderationes ſcīa ⁊ opinio aggenerarent.
quo poſito non differret ſcīa ab opinione: poſtq̄ omnino
ſm eaſdem cōſiderationes aggeneraret vtraqꝫ.imo qꝛ ha
bitus differūt per actus.⁊ actus per obiecta.de eodē obie
cto formaliter non poſſunt diuerſi habitus eſſe.ſi ergo de
eodem ſm eandē conſiderationē nō pōt eē diuerſe ſcie.
multo magis de eodem ſm ↄſiderationē eandē non po
terit eē ſcīa ⁊ opinio.ſi ergo idem penitus ⁊ ſm eandē cō
ſiderationē ſumptū eēt ſcitum ⁊ opinatū idem eſſet ſcīa
⁊ opinio non tn̄ opꝫ ꝙ non plus differant ſcīe ⁊ opinio q̄
ſcitum ⁊ opinatū.nam ſcīa ⁊ opinio prout ſcīa dicit habi
tum aggeneratū ex rōnibus neceſſarijs.⁊ prout opinio di
cit habitum aggeneratum ex ꝓbabilibus ſunt duo habi
tus non ſolum ſm rōnē vel ſm ↄſiderationē.ſꝫ etiā realr
differentes.ſcitum tn̄ ⁊ opinatū nō opꝫ ꝙ realr differāt.
de eodē enim dyametro realr alr ⁊ alr cōſiderato poſſet
quis hr̄e ſciam ⁊ opinionē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Manifeſtuꝫ aūt ex his ē ꝙ neqꝫ opinari ſil' idē
et ſcire cōtingit. Sil'.n.vtiqꝫ hr̄et opinionē alr
hn̄di et nō alr hn̄di idē eſſe ꝙ vere nō cōtingit.**

¶ Oſtendit quomodo de eodē poſſit eſſe ſcīa ⁊ opinio q̄ꝗ
tum ad ſciētē ⁊ opinātē.Circa qḋ duo facit.qꝛ p̄mo oſten
dit ꝙ in eodē nō pōt eſſe ſimul de eodeꝫ ſcīa ⁊ opinio.2°
ꝙ in alio pōt ibi (In alio qdē.n.) Dicit ergo ꝙ (manife
ſtum eſt autē ex his ꝙ nō ↄtingit) eundē hominē (ſimul
opinari ⁊ ſcire idē.hr̄et.n.vtiqꝫ) idem homo (opinionem
idē alr ſe hn̄di ⁊ nō alr ſe habendi.qḋ vere nō cōtingit)

¶ Dubitaret forte aliqs. vtrū ſciēs hō poſſit idē ſimul ſcire ⁊ opinari. Et videt̄ φ ſic. nā ſcia aggenerat̄ per rōnes neč̄ias. opinio ꝑ ꝓbabiles. ſi ḡ qs hēat de aliquo opinionē ꝑ rōnes ꝓbabiles: ſi poſtea acqrit de illo ꝑ rōnes neč̄ias. nō oꝫ φ obliuiſcat̄ illas rōnes ꝓbabiles. ſimul ḡ de eodē hēbit rōnes neč̄ias ⁊ ꝓbabiles. ḡ ſimul ſciā ⁊ opinionē. ¶ In ɔ̃riū eſt phūs: qꝛ tūc ſequeret̄ poſſe hēre ſimul opinionē. i. extimationē eē idē alr̄ ſe habēdi. i. alr̄ ſe hre ⁊ nō alr̄ ſe hre. q̄ duo ſibi inuicē aduerſant̄ ⁊ ſimul eē ūa nō cōtingit. ¶ Dōm φ idē ſimul de eodē nō pōt ſimul ſciam ⁊ opinionē hre. pōt. n. ſimul de eodē ſimul hre rōnes neceſſarias ⁊ ꝓbabiles: ſꝫ rōnes ꝓbabiles ſine neč̄arijs faciūt opinionē. cū neceſſarijs aūt nec fidē nec opinionem nec aliquā credulitatē faciūt. nā habēs rōnes neceſſarias de triāgulo φ hꝫ tres. ſi tn̄ hic haberet aliqḋ ſignū probabile nullaꝫ fidē nec aliq̄ꝫ credulitatē vlteriorē i illo faceret. habens ḡ rōnē neceſſariā φ nō pōt alr̄ ſe hre nullam opinionē de illo hre pōt ꝑ aliqḋ ſignū ꝓbabile: ꝑ qḋ extiſtimet φ illud poſſit alr̄ ſe hre. ¶ Deinde cū dicit.

¶ In alio quidē eni vnūqḋqꝫ eſſe cōtingit eiuſdem ſicut dictū eſt: ſꝫ in eodē nihil ſic pōt eſſe. haberet eni opinionē ſimul: vt φ homo eſſet φ vere eſt aial. hoc eni erat nō cōtingere nō eē aial. hoc eni ſic cōtingit ſic cōtingere.

¶ Oſtēdit φ in alio ɔtingit reſumēs φ in eodē eē nō poſſit. alius. n. ⁊ alius hō pōt de eodē hre ſciaꝫ ⁊ opinionē. ſꝫ nō idē hō. iō ait (in alio qdē eni vnūqḋqꝫ). i. tam ſciaꝫ q̄ꝫ opinionē (ɔtingit eē eiuſdē ſicut dictū eſt). i. ɔtingit eſſe eiuſdē mālr̄ (ſed in eodē nihil ſic pōt eē. haberet eni). ſ. idē hō (opinioneꝫ ſimul. vt φ hō eſſet φ vere eſt aial). i. ex neceſſitate ⁊ eſſentialr̄ aial (hoc eni erat nō cōtingere eſſe nō aial). i. nō ɔtingere alr̄ ſe habere. ⁊ ſu. idē habebit opinionem φ nō vere aial. i. φ hō non ſit vere aial (hoc eni eſt ſic cōtingere). ſ. alr̄ ſe habere. cum ḡ iſta duo ſtare nō poſſint ſimul φ aliquis credat de aliquo φ ſit ve animal: ⁊ φ nō ſit vere aial: φ nō poſſit aliter ſe hre: ⁊ φ poſſit aliter ſe hre vnus ⁊ idē de eodē nō poterit hre ſciam ⁊ opinioneꝫ. ſed alius ⁊ alius poterit. ¶ Dubitaret forte aliquis. vtrum de quocūqꝫ eſt ſcia poſſit eſſe opinio: ⁊ econuerſo. ¶ Dicēdū φ de quocūqꝫ eſt ſcia illud non eſt per ſe notū: qꝛ ſi eēt per ſe notū de eo nō eēt ſcia ſed itellectus quicqd autē nō eſt per ſe notū: pōt apud aliquē eē dubiū. de quocūqꝫ ḡ eſt ſcia: ⁊ qcqd ſcit̄ ꝑ rōnes neceſſarias pōt apud aliquē eē dubiū ⁊ cognoſci per rōnes ꝓbabiles. de eodē ergo nō erit intellectus ⁊ opinio: ſed de quocūqꝫ eſt ſcia pōt eſſe opinio: non tn̄ ɔuertit̄ φ de quocūqꝫ ſit opio de illo poſſit eſſe ſcia. naꝫ particulariū nec eſt ſcia nec diffinitio: pōt tn̄ de eis eē opinio. nō ergo de quocūqꝫ ſm ſe eſt opinio pōt eſſe ſcia cū de quocūqꝫ ē opinio pōt de eo eſſe ſcia aliquo mō: vel in ſe: vel in ſuo vlī: vt in eo inueniatur aliqḋ neceſſariū: vt ſi eſt opinio de particularibus de eis erit ſcientia in vlī: ⁊ ſi eſt opinio de eis que contingūt alr̄ ſe hre de eis erit ſcia ꝓut in eis reperit̄ aliqd qḋ nō cōuenit alr̄ ſe hre. de ipſis enim trāſmutationibus poſſunt fieri immutabiles rōnes. vñ nālis phia que eſt de corpore mobili: de ipſo corpore mobili format immutabiles rōnes: ⁊ de caſu: ⁊ de fortuna pōt eſſe ſcia ꝓut in eis reperitur aliquod neceſſariū. nā talia eē cauſas per accidēs nō ē ꝑ accidens ſꝫ neceſſariū. ¶ Ulterius forte dubitaret aliquis vtrū opinās poſſet credere ſe ſcire: ⁊ ſciens credere ſe opinari. ¶ Dicēdū φ circa opinionē deceptionē cadere non eſt incōueniēs. multi eni opinant̄ ⁊ nō habēt niſi mediū ꝓbabile qḋ pōt alr̄ ſe habere: ⁊ tn̄ decipiunt̄ credētes ſe habere neceſſariū medium φ nō poſſit aliter ſe habere. vñ tales nō hñt ſciam: credūt tn̄ ſe habere ſciam: ſꝫ circa ſciam cadere deceptionē eſt īpoſſibile. pōt. n. ɔtingere φ neſciēs credat ſe ſcire: ſꝫ φ ſciēs credat ſe neſcire ⁊ decipiatur: vel credat ſe opinari eſt īpoſſe. nā nō ē ſciens niſi ſciat reſoluere vſqꝫ ad ꝑ ſe nota. h̄ āt ſciēs ſtatiꝫ videt φ īpoſſe ē alr̄ ſe hre. ſic aūt ſe hñs nō eſt poſſe φ opinet̄. Aduertendū tn̄ φ hñs mediū ꝓbabile ſi credat hre neč̄iuꝫ lꝫ decipiat̄ ⁊ nō habeat ſciam hꝫ opinionē mālr̄ ſed nō formaliter: qꝛ nō opinat̄ vt opinās ſe opinari: ſꝫ vt deceptus ⁊ vt extimās ſe ſcire. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Reliqua autē q̄uo oꝫ diſtribuere in rōnem ⁊ in intellectum. ⁊ ſciam: ⁊ artē: ⁊ prudētiam: ⁊ ſapientiā. hec quidē eni phyſice: illa vero ethice ſpeculationis ſunt magis.

¶ Cōparat ſciaꝫ ad alios habit᷑ cognitiuos. Circa qḋ duo facit qꝛ p̄mo cōparat ſciam ad alios habitus cognitiuos vero. 2° ſpālr̄ determinat de ſolertia que ſpāli mō reſpicit ɔiecturationē medij. ibi. (Solertia quideꝫ.) Dicit ḡ φ (reliq̄ aūt). i. reliquos habitus cognitiuos (q̄uo oꝫ diſtribuere). i. diſtinguere (in rōneꝫ ⁊ intellectū ⁊ ſciam ⁊ artem ⁊ prudentiā ⁊ ſapiētiā) ſupple nō ſpectat oīa iſta diſtinguere ad pñtem ſpeculationē nec ad hunc libruꝫ ⁊ ſubdit φ (hec qdē ſunt phyſice magis. illa aūt ſūt magis ethice ɔſiderationis). q. d. φ aliqua iſtoꝝ diſtinguere ⁊ inueſtigare ſpectat ad phyſicū. i. ad naturaleꝫ phiam. aliq̄ vo cōſiderare ſpectat ad ethicā. i. ad moralē ſciaꝫ. ¶ Notandū aūt φ ꝑtermiſſa opinione loquēdo de habitib᷑ veris p̄ma diuiſio ē in rōnem ⁊ itellectū. eſt. n. itellectus cognitio p̄ncipioꝝ ad que nō eſt rō. ꝑ rōneꝫ. n. habet̄ cognitio cōcluſionū q̄ quadruplr̄ ſe hñt. qꝛ vel ſūt practice vel ſpeculatiue. Si ſunt practice hoc eſt duplr̄. qꝛ vel ſunt circa agibilia ⁊ ſic ē prudētia q̄ eſt recta rō agibiliū. vel ſūt circa factibilia. ⁊ ſic eſt ars q̄ eſt recta rō factibilium. Si autē ſunt ſpeculatiue. vel eſt per cauſas altiſſimas. ⁊ tūc eſt ſapiētia. vel ꝑ cāas nō altiſſimas ⁊ tūc eſt ſcia. Recta ḡ rō diuidit̄ in q̄tuor. in ſciam. ſapiētiā. prudētiā. ⁊ artē. artifices. n. manuales lꝫ nō arguāt ſillogiſtice. qcqd tamen faciūt ſe hꝫ per modū ɔcluſionis. ɔcludūt enim in mēte ſua ſe debere ſic facere. vel qꝛ ſic viderunt peritos artifices facere. vel ductu rōnis ducunt̄ vt ſic agāt. cum ergo phūs dixit reliquos habitus in rōnē ⁊ itellectū qñ poſtea noīauit ſciam ⁊ artē ⁊ cū nominauit in que diuidit̄ rō: notādū ēt φ rō ⁊ intellectus poſſunt dicere potētias anime ⁊ ſic de eis ɔſiderare ſpectat ad phycum. vel poſſunt dicere habitus. nam ratio vt dictū eſt diuidit̄ in q̄tuor habitus. ⁊ ſic ſpectat ad librū ethicoꝝ. nā in ſexto ethicorum ſerioſe de oībus his qnqꝫ habitibus determinatur. qualr̄ aūt pōt ſe intromittere ethicus de talibus non eſt pñtis ſpeculatiōis. Uel poſſumus dicere φ phūs ꝑ rōnem intelligit potentiam intellectiuā de qua determinare ſpectat ad phicum vt ad librum de aīa. ꝑ itellectū ⁊ ſciaꝫ ⁊c. intelligit qnqꝫ habitus cognitiuos de qbus determinatur in ſexto ethicoꝝ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Solertia autem eſt ſubtilitas quedam in nō proſpecto tempore medij.

¶ Determinat de ſolertia. Circa qḋ tria facit. qꝛ p̄mo dicit qd eſt ſolertia. 2° qḋ dixerat declarat ꝑ exēpla. 3° reducit ſolertiā ad ordinem ſillogiſticū. ſcḋa ibi (Ut ſi qs) tertia ibi (Splēdidū eſſe) Dicit ḡ φ (ſolertia ē q̄daꝫ ſubtilitas medij). i. q̄dā facilis coniecturatio medij. vt hꝫ alia trāſlatio (tpe nō ꝓſpecto). i. nō habito tpe ad ꝑcipiendum ⁊ ad deliberādum. tūc. n. dr̄ qs ſolers qñ q̄ſi ſtatiꝫ ⁊ ſubito videt mediū ⁊ cāam q̄re aliqd ſit. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Ut ſi aliquis vidēs q ſplēdorē ſemp hʒ luna a ſole. ſtatī intelligit pp qd h ſit: qꝛ pp id q illuſtrat a ſole. Aut diſputātē cū diuite. cognouit qm̄ accōmodatū ē: aut pp id q qdē amici ſunt qꝛ inimici eiuſdē ſūt. Oīs. n. cās medias vidēs cognit ⁊ vltimas. ſplēdidū eē ad ſolē ſit in quo .a. lucere. a. ſole. b. luna. c. ieſt āt lune qdē. c. qđ ipſi ieſt. b. qđ ē lucere. a. ſole. ipſi āt. b. a. qđ ē ad h eē ſplēdidū a quo ſplēdor: qre ⁊ ipſi. c. a. p. b.

¶ Quod dixerat declarat per exēpla. ⁊ ponit tria exēpla. d. (Ut ſiqs videt q luna ſplēdore hʒ ↄuerſa ad ſolē) .ſ. ex ea parte quā hʒ verſus ſolē (ſtatim intellexerit pp qd ſit hoc: qꝛ ꝓpter id qđ illuſtrat a ſole) qꝛ. n. videm⁹ q luna ſemp hʒ ſplēdorē in illa parte que eſt verſus ſolē: ⁊ nō in alia debemus intelligere q hʒ lumē a ſole. Ponit aliđ exēplū. d. (Aut) ſu. vt ſiqs videns (diſputātē) .i. altercantem .ſ. pauperē (cū diuite cognouit: qm̄ accōmodatū eſt) .i. ſtatim ↄiecturat⁹ ē q ille diues aliqd accōmodauit illi pauperi. Ponit autem tertiū exēplū. d. (aut) ſu. ſiquis videns duos inimicos factos amicos ſtatiʒ ſu. cognouit ꝓpter quid hoc ſit vt (ꝓpter id q ſunt amici eiuſdē vel inimici eiuſdē) contingit. n. duos inimicos fieri amicos. vel qꝛ amicant̄ vni ⁊ eideʒ: vel qꝛ inimicant̄ vni ⁊ eidē vt cōfundant illū. Et ſubdit q (oīs cauſas medias videns cognouit ⁊ vltimas) .i. ſolers .ſ. qꝛ ſtatim videt mediū ⁊ cognoſcit cauſas medias poteſt cognoſcere cās vltimas ad quas ſtat vltima reſolutio: vltra quas nō contingit q̄rere ꝓpter qd. tunc ḡ ē qs maxime ſolers qñ cognoſcit cauſas medias. ⁊ ſcit eas reſoluere in vltimas. ¶ Ultimo cum dicit. (Splēdidū eſſe) reducit ſolertiaʒ ad ordinē ſillogiſticū. d. (Splēdidū eſſe ad ſolē) .i. hr̄e ſplēdorē verſus ſolem. vel in ea parte q̄ reſpicit ſoleʒ (in quo a) .i. maior extremitas (lucere a ſole) .i. hr̄e lumen a ſole (b) .i. medius terminus (luna. c.) .i. minor extremitas. Et ſubdit q (ieſt aūt lune. b.) .i. lucere a ſole. nā per. b. itelligit̄ lucere a ſole. hec eſt minor: luna hʒ luceʒ a ſole (ipſi eni. b.) .i. ipſi habēti lucē a ſole (. a.) .i. ineſt. a. (qđ idē eſt qđ eē ſplendidū ad hoc) .i. verſus ſolē (a quo eſt huius ſplēdor) hec eſt maior. vʒ. q habēs ſplēdorē a ſole ſplēdet ex ea parte que eſt verſus ſolē (quare ⁊ ipſi. c.) .i. ipſi lune (a) .ſ. ieſt .i. ſplēdere .i. verſus ſolem (per b.) .i. per habēs lumē a ſole. formetur ḡ ſic ſillus gcqd hʒ lumē a ſole ſplēdet verſus ſolē luna hʒ lumē a ſole. ḡ ſplēdet verſus ſolem. Et in hoc terminat̄ ſententia p̄mi libri.

AD pleniorem intelligētiā āt totius p̄mi libri dicam⁹ q tot⁹ p̄mus liber excepto ꝓhemio hʒ q̄ttuor ptes pncipales ⁊ .20. capitula. nā demōſtratio q̄libet facit ad ſcire. non tñ q̄libet facit ad potiſſime ſcire. vñ de demonſtratione pōt qs tractare: vel vt facit ad ſcire loquendo de ſcire abſolute. vel vt facit ad ſcire potiſſime ꝓut vnuʒ ſcire eſt potius q̄ aliud. q̄ttuor ergo ſunt partes pncipales in p̄mo libro preter ꝓhemiū. nā in parte p̄ma oſtēdit qd eſt ſcire ⁊ ex quibus ⁊ qualibus ↄtingit ſcire. In ſcđa parte agit̄ ex qbus ⁊ q̄libus nō ↄtingit ſcire. In tertia parte qꝛ mentionē fecerat de pncipijs ꝓprijs ⁊ cōibus cōparant̄ huius principia ad ipſas artes. In q̄rta parte agit̄ de ſcire potiſſime. vel agit̄ de ſcire cōparatiue per qđ potius cōtingat ſcire. ſecunda pars pncipalis incipit ibi. (Si igit̄ eſt demōſtratiua ſcia ex neceſſarijs) tertia pars pncipalis incipit ibi (Dico autem pncipia in vnoquoqꝫ genere) quarta ibi. (Sʒ differt qꝛ ⁊ ꝓpter qd.) Prima pars pncipalis hʒ qnqꝫ capitula nā in p̄mo capitulo diffinit ſcire ⁊ cōparat ſcire ad demōſtrationē. In ſcđo. c. oſtēdit ex qbus ↄtingit ſcire: qꝛ ex notioribus p̄oribus ex veris ⁊ imediatis. In tertio caplo remouet quoſdā errores circa ſcire: qꝛ qdā errabāt dicētes q nō ↄtingit ſcire: qdā vo ponētes oium eē ſciaʒ p demōſtrationē. In q̄rto aūt caplo qꝛ diffiniuerat ſcire ⁊ declarauerat ex qbus ↄtingit ſcire: qꝛ ex p̄orib⁹ ⁊ notiorib⁹: ⁊ remouerat errores circa ſcire. iđ declarat q̄lia ſunt illa ex qbus ↄtingit ſcire. nā nō ſufficit ſcire ex qbus ↄtingit ſcire: qꝛ ex p̄orib⁹ ⁊ notiorib⁹ niſi ſciat̄ q̄lia debent eē illa p̄ora ⁊ notiora: qꝛ debēt eē de oi p ſe ⁊ ſm q ipm. ⁊ vlē. de qb⁹ oibus agit̄ in q̄rto caplo. In qnto caplo aūt remouent̄ errores aliqui circa ipſ vlē: vel circa ea que dicta erant de ſm q ipm vel de vlī. ¶ Secūda aūt pars pncipalis in q̄ agit̄ ex quib⁹ ⁊ qualibus nō cōtingit ſcire diuidit̄ in qnqꝫ capitula. nā in p̄mo capitulo agit̄ q nō contingit ſcire ex his que poſſunt aliter ſe habere. In ſecundo q nō contingit ſcire ex his que ſunt per accidens. In tertio q non cōtingit ſcire ex extraneis. In quarto q non contingit ſcire ex corruptibilibus ſiue ex his que nō ſunt ſemper. In qnto q nō cōtingit ſcire ex cōmunibus. ¶ Tertia ps principalis in qua agitur de principijs habet quattuor capitula. naʒ in primo capitulo diſtinguit ipſa pncipia in cōmunia ⁊ propria. ⁊ oſtendit que ſunt pncipia cōmuniū ⁊ que ꝓpria. In ſecundo cōparat artes ⁊ ſcientias ad ſubiectum ⁊ paſſionem ⁊ ad ipſa principia cōia. In tertio comparat artes ad principia ꝓpria. In quarto circa artes doctrinales mouet queſtiōes quaſdam. ¶ Quarta aūt ps in qua agitur de ſcire potiſſime. vel in qua agitur de ſcire comparatiue vt eligat ſibi quid ſit ſcire potiſſime hʒ ſex capla nā in primo capitulo determinat̄ de demonſtratione ꝓpter quid ⁊ qꝛ. vt eligat ſibi demōſtrationē ꝓpter qd que magis facit potiſſime ſcire q̄ qꝛ. In ſecundo capitulo cōparat̄ prima figura ad figuras alias. vt eligat ſibi figurā primā que magis facit potiſſime ſcire q̄ figure alie. In 3° agit̄ de ſillogiſmo ignorantie ne deficiamus a potiſſime ſcire. In 4° de ſtatu in p̄dicatis ne credamus q ſit impoſſibile potiſſime ſcire. In qnto comparat̄ demſtratio vlis ad particularem. affirmatiua ad negatiuā. oſtenſiua ad eā q̄ eſt ad ipoſe vt oñdat p quā ↄtigat potius ſcire. In ſexto ⁊ vltimo cōparat̄ vnū ſcire ad aliud ſcire ⁊ cōpat̄ ſcire ad alios habitus cognitiuos vt oſtēdat quod ſcire ſit potius: ⁊ vtrū ſcire ſit potius vel nō potius q̄ alij habitus cognitiui. Sunt ergo in vniuerſo. xx. capitula. ſecundū capitulum incipit ibi. (Si igitur eſt ſcire vt poſſumus). Tertiū ibi. (In qbuſdā ꝓpter id). Quartū ibi. (Qm̄ autem eſt impoſſibile alr̄ ſe hr̄e) qntū ibi. (Oʒ aūt nō latere) ſextū ibi (. Si igit̄ ē demſtratiua ſcia) ⁊ ibi terminat̄ pars p̄ma pncipalis ⁊ incipit ſecunda. ſeptimū ibi. (Accidētiū aūt nō p ſe) octauū ibi. (Non igit̄ ex alio genere) nonuʒ ibi. (Manifeſtū eſt aūt q ſi ſint ꝓpōnes) decimū ibi. (Qm̄ aūt eſt manifeſtū.) vndecimū ibi. (Dico aūt principia in vnoquoqꝫ gn̄e.) ⁊ ibi terminat̄ ſcđa ps principalis ⁊ incipit tertia. duodecimū ibi. (Si aūt ꝓprie qdē.) tertiūdecimū ibi. (Si aūt interrogatio ſillogiçādi) decimūquartum ibi. (Quoniā aūt geometrice interrogationes.) decimūqntū ibi. (Sʒ differt qꝛ ⁊ ꝓpter quid). ⁊ ibi terminatur tertia ps pncipalis. ⁊ icipit q̄rta. decimūſextū ibi. (Figurarū aūt magis) decimūſeptimū ibi. (Ignorātia aūt) decimūoctauū ibi. (Eſt aūt oīs ſillogiſmus) decimūnonū ibi. (Cū ſit demōſtratio alia qdē) vigeſimū ⁊ vltimū ibi. (Scia aūt certior.) Poſſet aūt q velet adhuc capitula iſta diuidere in minora capitula. ſed de hoc nō ē nobis cure. talia eniʒ prudētis lectoris iudicio relinquant̄.

¶ Et hec de p̄mo poſteriorū dicta ſufficiant.


Queſtiões ꝙ ſūt eq̄les nūero his q̄cūqȝ ꝙ ſcim⁹.

¶ Hic liber ſecūdus vr̄ differre a p̊.q2 in p̊ agiť ex q̄b⁹ ⁊ ex q̄lib⁹ ē demr̄atio. ⁊ ex q̄bus ⁊ ex q̄lib⁹ nō ē ⁊ cōpanť ibi demr̄atiōes adīuicē. ¶ Do ceť ğ in p̊ q̄lr fiat demr̄atio vl' qð idē eſt doceť de factōe ⁊ de gnātione demr̄ationis. Sȝ vt dr̄ in p̊ poꝝ ī illo.c. Qm̄ āt idonei erim⁹.nō ſolū oȝ gnātionē ſilloꝝ ꝯſiderare.ſȝ hr̄e potētiā faciēdi ſillos.ſic ⁊ in ꝓpoſito dicem⁹ ꝙ nō ſufficť ſcire q̄liter demr̄atio genereť ⁊ q̄liter fiat.ſȝ opȝ nos hr̄e potētiā faciēdi demr̄ationē. hec aūt potentia ꝯfert nobis cū docemur īuenire p̄ncipia ⁊ īuenire media ad demr̄andū. ¶ In p̊ ğ libro determinauit auctor de gnātione demr̄ationis. vȝ.q̄liter demr̄atio fiat ⁊ q̄lr demr̄atiōes ſcē cōpareńť adīuicē. ¶ In hoc aūt z° libro agit de inuētione medij. Mediū aūt in demr̄atione pōt dici oē illud p qð ꝯcludiť aliqd. Mediū ğ in demr̄atione ⁊ eſt mediū ⁊ eſt p̊n̄ ⁊ cā. Mediū qdē eſt.q2 eſt illud p qð deuenimus in cognitionē ꝯclonis. Principiū aūt ⁊ cā eſt.q2 eſt cā inferendi vl' eſſendi ꝯclonem. Scđm hoc ğ poſſumus diſtinguere duplex p̊n̄.vel duplex mediū in demr̄atione. vnū cōe.qð nō ingrediť demr̄ationē niſi ſm v̄tutē.⁊ hui⁹ mediū ſiue huius p̊n̄.eſt dignitas.aliud ꝓpriū qð ingrediť ſm ſubam.⁊ h⁹ p̊n̄ ſiue mediū eſt diffinitio. Nam in demōſtratiōe potiſſima ſp mediū eſt diffinitio aliq̄.⁊ iō habebiť īfra ꝙ rō.i.diffinitio p̄ncipij eſt mediū ī demr̄atione. dignitas ğ tanq̄ p̄ncipiū cōe.⁊ diffō tanq̄ p̊n̄ ꝓpriuȝ ſunt illa p̊n̄ p q̄ p̊mi termini tanq̄ p q̄dā media deuenimus ī cognitionē ꝯclonū. Volēs ğ ph̄s nos facere idoneos ad poſſe faciliter demr̄are inſtruit nos ī hoc z° ⁊ circa diffinitionē tanq̄ circa p̊n̄ ꝓpriuȝ.⁊ circa dignitates tanq̄ circa p̄ncipia cōia. Totus ğ iſte ſcđs liber diuidiť ī partes duas.q2 in p̊ agiť de qð qd ē.ſiue đ diffōne.ſiue đ p̊n̄ ꝓprio.z° agiť de dignitatibus.i.p̄ncipijs cōibus.i.de p̄ncipijs.aūt qualiter ſūt cognita. ¶ In tota p̊ma pᵗe intēdit talē rōneȝ.de quocūqȝ ſunt oēs q̄ōnes ⁊ oēs dubitationes ⁊ a quocūqȝ depēdent oīa ſcibilia ⁊ oīs ſcia. de illo videndū eſt q̄liter circa ipm̄ ſe hȝ demr̄atio.ſȝ qð quid eſt:eſt h°.ğ ⁊c. duo ğ facit in p̊ma pᵗe.q2 p̊mo declarat ꝙ oēs q̄ōnes ⁊ oēs dubitationes ſunt de quod quid eſt. ⁊ ꝙ oīa ſcibilia ⁊ oīs ſcia depēdet a qð qd eſt. z° ex hoc inueſtigat ⁊ determinat qualr̄ demr̄atio ſe hēat ad qð quid eſt. ibi. Quō aūt ⁊ qð qd eſt demonſtrať. In p̊ma pᵗe itēdit talē rōneȝ. Q̄ōnes ſunt equales numero ſcibilib⁹.ſed oēs q̄ōnes ſunt de qð qd eſt.ğ tota ſcia depēdet a qð quid eſt. ¶ Tunc ğ vlterius arguēdū eſt ꝙ cū demr̄atio ſit ſillus faciēs ſcire.tota ſcia depēdet a qð qd eſt.tria ğ facit in prima pᵗe.q2 p̊ ꝓponit hanc veritatē.vȝ.ꝙ q̄ōnes ſcibilibus ſunt numero eq̄les. z° enumerat q̄ōnes ⁊ exeq̄tur de eis ⁊ reducit oēs q̄ōnes ad qð qd eſt.3° epilogat circa determinata.ſcđa ibi (Querim⁹ aūt) tertia ibi (Qð qdē igitur oīa) Dicit ğ ꝙ (Q̄ōnes ſunt equales numero his que vere ſcimus) i.q̄ōnes ſunt eq̄les numero ſcibilibus. ¶ Dubitaret forte aliqs vtrū oīa ſcibilia ſint q̄ōnes. ¶ Dōm. ꝙ qð eſt dubitabilis ꝓpō.oē aūt vere ſcibile eſt dubitabile. Nā ſcia differt ab intellectu.q2 intellectus ē habitus p̄ncipioꝝ que ſunt p ſe nō.circa que non cadit dubitatio. ſȝ ſunt q̄ſi loc⁹ ianue in domo quez nullus ignorat.ſȝ ſcia eſt hitus ꝯclonū q̄s ſm ꝙ hui⁹ ipoſſe eſt oē p ſe notas. q2 ſi eēnt p ſe note ad eas nō eēt rō.⁊ p ꝯñs nō eſſent q̄ōnes. Diſtiguēdo igiť itelligibile a ſcibili dicem⁹ ꝙ nullū itelligibile eſt qō.ſȝ qðlibȝ tale eſt p ſe notū.qðlibȝ aūt ſcibile eſt qō.q2 qðlibȝ ſcibile eſt dubitabile cū nō ſit p ſe notum.quodlibet autez dubitabile eſt qō.ğ qðlibet ſcibile eſt qō. ¶ Vlteri⁹ forte dubitaret vtrū quelibȝ qō ſit qðdam ſcibile. vr̄ ꝙ nō.q2 dubitam⁹ ⁊ q̄rimus nō ſolum đ ſcibilibus ⁊ neceſſarijs.ſȝ de opinabilib⁹ ⁊ ꝯtingētib⁹ aliter ſe habere. Rurſus nō ſolū dubitaremus đ his que cognoſcunť per cām q̄ ſunt vere ſcibilia.ſed de his q̄ cognoſcuntur per ſigna que ſm ꝙ huius ſunt opinabilia.non ğ omnis queſtio eſt quid vere ſcibile. Amplius non ſolum dubitamus de his que ſunt per ſe que ſunt vere ſcibilia. ſed de his que ſunt per accñs. ¶ Ad hoc dōm eſt ꝙ ſcibile pōt accipi tripliciter q̄tum ad pn̄s ſpectat. vȝ. ꝓprie. large.⁊ magis large. Proprie autem ſunt ſcibilia q̄cunq̄ ſic ſunt cōcluſa ꝙ ſunt neceſſaria ⁊ per ſe: habitus eniȝ cōcluſionū neceſſariū ⁊ p ſe dr̄ ꝓp̄e ſcia. ¶ z° modo poteſt accipi ſcibile large p oī hitu ꝯcluſionū.vel p cognitione cuiuſcūqȝ nō p ſe noti. vt dicať intellectus rerū p ſe notarum. dicať aūt ſcia cognitio q̄rūcūqȝ reꝝ non p ſe notarū.ſiue illa p ſe ſint: ſiue p accidēs.ſiue ſint neceſſaria: ſiue q̄ poſſint aliter ſe hr̄e.ſiue cognitio illa habeať p ſigna ſiue per cām. ¶ Tertio pōt accipi ſcia magis large p oī cognitione cuiuſlibet rei.ſiue ſit p ſe nota.ſiue nō.ſȝ de hoc tertio mō nihil ad pn̄s. Accipiēdo ğ ſciam z°°.vt ſolū excludit cognitionē p ſe notoꝝ tūc certū eſt ꝙ ſolum oē ſic ſcibile eſt dubitabile.⁊ oē dubitabile eſt ſic ſcibile.q2 quicqd nō eſt p ſe notū eſt dubitabile:⁊ ecōuerſo. ¶ Scđȝ h ğ exponeť lr̄a ph̄i ita ꝙ ly vere ſcimus non excludat niſi cognitionē p ſe notoꝝ.vt ſit ſenſus.q̄ōes ſūt eq̄les numero his q̄ vere ſcimus.i.his q̄cūqȝ nō ſūt p ſe nota. Sȝ ſi accipiať ſcia ꝓp̄e.tūc poſſum⁹ dupl'r oñdere quō q̄ōnes ſūt equales numero his q̄ vere ſcimus. p̊mo vt accipianť qō nō vniuerſaliter.ſed in rebus que ſunt per ſe. vt ſit ſenſus ꝙ queſtiones in rebus que ſunt per ſe de quibus ſpectat ad demōſtratorē determinare ſunt equales numero his que vere ſcimus. Nā ea que ſunt p ſe quedā ſunt intellecta.⁊ iſta ſunt per ſe nota.⁊ nō ſunt dubitabilia. quedam autē ſunt vere ſcita.⁊ oīa iſta q2 nō ſunt p ſe nota ſunt dubitabilia in rebus ergo que ſunt p ſe.q2 ſolum de talibus intendit demonſtrator q̄ōnes ſunt equales numero his que vere ſcimus. In talibus.n.quot ſunt ſcibilia tot ſunt dubitabilia ⁊ ecōuerſo. Sm̄ hoc pȝ ſolutio ad argumēta. ¶ Nā ꝯclōnes que ſunt p accidēs ⁊ que ꝯtingunt aliter ſe habere ⁊ que ſolum per ſigna habēt concludi non ſunt per ſe.in his ergo que ſunt per ſe non habet dubiuȝ dictū ph̄i. ¶ Pōt autez ⁊ hoc aliter ſolui.q2 ſemp imperfectū ad pfectū hȝ reduci. Per accidēs ergo debet reduci ad p ſe.qð eſt per ſignū ad qð eſt p cāȝ.qð pōt aliter ſe habere ad quod non pōt aliter ſe habere.ꝯcluſiones ergo per accidens ⁊ per ſigna ⁊ que pn̄t aliter ſe habere dependent a vere ſcibilibus que ſunt per ſe ⁊ per cāȝ ⁊ q̄ nō pn̄t aliter ſe habere. Omnis ergo queſtio eſt quoddā ſcibile vel eſt reducibilis ad ſcibile.prior tn̄ ſolutio melior eſt. ¶ Vlterius forte dubitaret aliqs.q2 ph̄s incepit hūc libꝛuȝ ſcđm a ſcientia ⁊ a ſcibilibus. ¶ Dicendū ꝙ lȝ inſtrumentum habet cognoſci ⁊ diffiniri per ſuum finē.cognito eniȝ fine inſtrumenti ſtatim ſcimus quale debeat eſſe illud inſtrumentū ⁊ qualr̄ circa inſtr̄ȝ illud debeam⁹ nos habere. vt cognito fine ſerre q eſt ſecare dura ſtatim ſcimus qualis debeat eſſe certa ſerra.q2 dȝ eē ferrea ⁊ dentata.⁊ ſtatim ſcimus qualr̄ debeam⁹ nos hr̄e circa ſerrā.q2 nō eodem

mō ſcindet ſerra ⁊ gladius.qꝛ dentatū ⁊ nō dentatū nō eodē mō ſcindūt ſic cognito ſcire qs ē ſinis demōſtrationis ex hoc poſſum⁹ ſcire q̄lis debeat eſſe demōſtratio ⁊ q̄lr nos debeam⁹ hr̄e ad demōſtrationē cognito.n. ꝙ totū nr̄z ſcire depēdet a cognitōe medy.ſiue qḋ idē eſt a cognitione ei⁹ qḋ qd eſt.ſtatiꝫ appet ꝙ nō poſſum⁹ plene determinare de demōſtratione q̄ eſt organū ordinatū ad generādū ſciaꝫ niſi cōparemus eā ad qḋ qd ē. Volēs ḡ phs cōparare demōſtrationē ad qḋ quid eſt incepit hūc 2ᵐ librū a ſcibilī vel a ſcia.oñdens ꝙ oīa ſcibilia depēdēt a qḋ qd eſt. ⁊ qꝛ ſic eſt neſcirem⁹ qūo demōſtratio faciat ſcire niſi cōparem⁹ eā ad qḋ qd eſt. ❡ Vlteri⁹ forte dubitaret aliqs.q̄re hūc librū nō icepit ſimplr a ſcire vel a ſcibilib⁹.ſꝫ incepit ipſ a q̄ōnibus. ❡ Ad qḋ dōm eſt ꝙ q̄ō eſt q̄dā motus admirationis.q̄ eniꝫ querit admirat̄:⁊ qui admirat̄ deſiderat ſcire.iō dicūt q̄daꝫ ꝙ icepit a q̄ōnib⁹ hūc librū.vt ꝑ admirari trahat nos ad deſideriū ſcie. ❡ Poſſumus tn̄ aliter reſpōdere ⁊ melius:ꝙ in hoc 2° agit̄ de inuentōe medy. Qui aūt venat̄ mediū ⁊ vult ipm inuenire nondum ſcit. ſꝫ dubitat ⁊ querit viaꝫ qūo deueniat ad ſciam. Demōſtratio ergo incipit a dubio.⁊ terminat̄ ad ſciam. Demōſtratio ḡ eſt media īter dubitationē ⁊ ſciam.ꝑus ergo dubitam⁹ ⁊ q̄rimus mediū.inuēto aūt medio ordinam⁹ ipm in demōſtrationē ꝑ quā aggenerat̄ in nobis ſcia. Dubitatio ḡ eſt motus animi q̄ motus mediāte demōſtratione tanq̄ mediante organo aptus natus ē fieri ⁊ terminari ad ſciaꝫ. Dubitatio ergo p̄cedit ſciam.eſt ḡ intētio phi ꝙ in his q̄ ſunt ꝑ ſe.quicūqꝫ dubitat vult ſcire.naꝫ in talib⁹ que ſunt ꝑ ſe q̄ōnes ſunt eq̄les numero ſcibilib⁹.dubitās ḡ ſi vult ſcire oꝫ ꝙ ſciat ꝑ demōſtrationē.cum ḡ oēs demōſtrationes ⁊ ois ſcia depēdeat a cognitione medy ⁊ a cognitiōe qḋ qd eſt. nullus poterit motū ſue dubitationis finire ꝑ demōſtrationē ⁊ ꝑuenire ad ſciam.niſi ſciat q̄lr dēmōſtratio ſe hēat ad qḋ qd eſt.bn̄ ḡ phs hūc 2ᵐ librū incepit a q̄ōnib⁹ ⁊ a ſcibilibus:vt oſtendat ꝙ tam q̄ōes q̄ ſcibilia dependent a qḋ qd eſt.⁊ vt ex hoc vlteri⁹ hēat q̄ oꝫ demōſtrationeꝫ cōparare ad qḋ qd ē.cū oēs demōſtrationes q̄s demōſtratio terminat.⁊ oīs ſcia q̄ demōſtratio aggenerat depēdeat a qḋ qd eſt.ꝑus aūt icepit a q̄ōnib⁹ q̄ a ſcibilib⁹.qꝛ in iueniēdo mediū d̄ quo agit̄ in hoc 2° p̄ dubitam⁹ ⁊ poſtea ſcim⁹.vtile eſt ḡ q̄rere ⁊ dubitare.ſꝫ vtilius ē ſcire.tota tn̄ vtilitas tā dubitationis q̄ ſcie a qḋ qd eſt depēdet.ꝑꝑ qḋ dēmōſtratio ad qḋ qd eſt cōꝑanda ē. ❡ Vlteri⁹ qꝛ dicim⁹ ꝙ dubitare ē vtile. Dubitaret forte aliqs vtrū de ſingulis ſit vtile dubitare. ❡ Ad h̄ dōm ꝙ hec dubitatio nō pōt eſſe de eis de q̄bus nō poſſumus dubitare.vt ſi qs q̄reret vtrū eēt vtile dubitare de ꝑ ſe notis.ipſo facto q̄ō eſt nulla.qꝛ īpoīe ē per ſe ⁊ ꝓprie de talib⁹ dubitare. De his ḡ q̄ ſufficiēter cōprehēdimus ad ſenſum nō poſſumus dubitare niſi careremus aliquo ſenſu.vel id de quo dubitaremus nunquaꝫ fuiſſet in ſenſu.vt ſi qs dubitaret niuē eſſe albā.vl̄ careret viſu.vel nunq̄ vidiſſet niuē. Loquēdo ergo de his de q̄b⁹ poſſumus dubitare dicemus ꝙ dubitare idē eſt ꝙ icertū eē.ſicut ergo duplex ē certitudo:ita duplex pōt eē dubitatio.eſt.n.certitudo duplex vt cōiter diſtinguit̄:qꝛ q̄dā eſt adheſionis:vt cum quis ita firmiter credit ⁊ ita firmiter adheret ꝙ nullo mō dubitat qn ſic ſit. Alia eſt certitudo ſpeculationis cū qs ita clare videt ⁊ ſpeculat̄ aliqd quod certū eſt ſic eſſe. Cū ergo q̄ritur vtrū vtile ſit dubitare de ſingulis.ſi ſit q̄ō de dubitatione adheſionis. ⁊ de hac dubitatione nō loquit̄ phs. Attn̄ q̄daꝫ ſunt q̄bus debemus ita firmiter adherere ꝙ non lꝫ nobis de illis dubitare. vt ſunt ea que ſunt fidei.ſꝫ ſi loq̄mur de dubitatione ſpeculationis.ſic dubitās nō hꝫ oīmodā ignorātiā de hoc de q̄ dubitat̄.qꝛ ſi oīmodā ignorātiā haberet.nullatenus dubitaret.ſic nec ruſtic⁹ dubitat vtruꝫ dyameter ſit ſimeter coſte de quo hꝫ oīmodā ignorātiā.vtilius ḡ eēt de re plenam cognitionē hr̄e.nō tn̄ eſt inutile dubitare.i.aliq̄lem cognitionē hr̄e.anteq̄ ergo ſciamus ⁊ anq̄ ꝑueniam⁹ ad ſciam vtile ē de quolꝫ dubitare.⁊ de quolꝫ aliqualē p̄cognitionē habere.vt ſic dubitādo admiremur.⁊ admirando poſſimus in ſciam deuenire. ❡ Deinde cū dicit.

certitudo duplex adhesionis et speculationis

❡ Querimus autē quattuor.quia eſt:propter quid eſt:ſi eſt:quid eſt.



❡ Enumerat h̄ q̄ōnes. Circa qḋ duo fac̄.qꝛ p̄ enūerat q̄ōnes.2° oēs q̄ōnes enūeratas reducit ad qḋ qd ē.ibi(Querim⁹ āt.)Circa p̄ᵐ tria facit.qꝛ p̄ enūerat h̄ q̄ōes dicēdo eas eſſe q̄tuor.2° exeq̄tur de q̄libꝫ illaꝝ.3° epilogat circa determinata.ſc̄da ibi(Cum querit̄ enim vtrū)tertia ibi(Que qdē igitur querim⁹.)Dicit ergo(Querim⁹ autem q̄tuor).i.q̄tuor ſūt dubitabilia.vꝫ.(qꝛ ē.ꝑꝑ qd eſt.ſi eſt.⁊ qd eſt). Notādū aūt ꝙ id de quo q̄rit̄.vel eſt ſimplex. vl̄ eſt quid ꝯpoſitū.ſi eſt ſimplex de eo erit duplex q̄ō. Vna vtrū ſit.⁊ hāc appellat ſi ē.alia qd ſit.⁊ hāc appellat qd ē. Alia ē q̄ō nō de ſimplici nec de re.vt ſignificat̄ aliqd ſm ſe.ſꝫ de cōpoſito ꝓut dr̄ eſſe aliqd in aliquo.⁊ de hoc non pōt ibi eſſe niſi duplex q̄ō. Vna vtrū hoc ſit in illo:⁊ hāc appellat qꝛ eſt.i.qꝛ eſt.vel qꝛ ē in illo. Alia q̄ō eſt ꝑꝑ qd eſt .i.ꝓpter qd ſit in illo.nā cū ſcimus eſſe aliqd in aliquo.q̄rimus qd ſit in illo.⁊ hāc appellat ꝑꝑ qd eſt.q̄tuor ḡ ſunt q̄ōnes.due ſimplices.ſi eſt ⁊ qd eſt:⁊ due ꝯpoſite.qꝛ eſt ⁊ ꝓpter qd eſt. ❡ Notandum aūt ꝙ q̄ō ſimplex differt a q̄ōne cōpoſita.qꝛ q̄ō ſimplex querit eſſe ſimplex. vt ſi q̄rerē de hoīe vel de quolꝫ alio ſi eſt hoc eſſet q̄rere ſimplr de eē eius vtrū hr̄et eē. Sed q̄ō cōpoſita nō q̄rit eſſe ſimplex ſed q̄rit eſſe aliqd ſiue eē ſm partē.q̄rit eni vtꝝ hoc ſit hoc.vtrū homo ſit albus. vel vtꝝ luna eclipſetur.hoc nō eſt q̄rere ſimplr vtrum luna ſit.ſꝫ vtꝝ luna ſit tale qḋ quid patiatur eclipſim. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Cū quidē eni vtrū hoc aut hoc ſit querimus in numeꝝ ponētes:vt vtrū ſol deficiat aut nō: ipm qꝛ q̄rimus. Signū iuenietes eniꝫ qꝛ deficit.pauſamus. Et ſi in principio ſciremus qꝛ deficeret.nō querimus vtrum deficeret.

❡ Exequit̄ de q̄libet q̄ōne.circa qḋ duo facit.qꝛ p̄mo exequit̄ de q̄ōibus cōpoſitis ⁊ ponētibus in numerū q̄ ſunt q̄ōnes ſm hoc ⁊ ſm aliqd.ſiue ſm partē cui⁹ ſunt.qꝛ eſt.⁊ ꝓpter qd eſt.2° exequitur de q̄ōnibus ſimplicib⁹ de ſi eſt. ⁊ qd eſt.ibi.(Quedā aūt alio mō)Circa p̄muꝫ duo facit. quia primo exequitur de q̄ōe.qꝛ eſt.2° de propter qd eſt. ibi(Cū āt)dicit ergo(Cū quidā eni)ſupple querimus

vtrū hoc an ſit hoc)⁊ vtrū hoc ꝑdicatū īſit tali ſubiecto. (querimus ponētes in numerū).i. facim⁹ q̄ōez cōpoſitā (vt)ſu. ſi q̄ram⁹(vtrū ſol deficiat. aut nō q̄rim⁹ ip̄z. q̄ꝛ n. facim⁹ q̄ōez cōpoſitā. q̄rim⁹. n. vtrū defect⁹ īſit ſoli(ſignū aūt h̄ui⁹. Nos inueniētes. n. q̄ḋ deficit pauſam⁹).i. ceſſat talis q̄ō. vel ceſſat talis motus dubitatōis. Et ſubdit. q̄ꝛ(ſi in p̄ncipio).i. an̄ q̄ōnē factā(ſcirem⁹ q̄ꝛ deficeret)ſu. ſol(nō q̄rim⁹ vtrū)ſu. deficiat. ḡ cū q̄rimus vtruz ſol deficiat ſignū eſt ꝙ ꝑ hāc q̄ōnez volum⁹ ſcire hāc v̄itatē. q̄ꝛ ſol deficit. q̄ꝛ ſi ſcirem⁹: ſolē deficere ſolē nō q̄rerem⁹. ⁊ poſtq̄ꝫ hoc ſcimus q̄ꝛ deficit pauſamus.i. deſinim⁹ hoc q̄rere. ḡ talis q̄ō d̄ꝫ vocari q̄ꝛ. ❡ Deinde cū dicit.

❡ Cū aūt ſciamus ip̄m q̄ꝛ: ip̄m ꝓpter quid q̄reremus: vt ſcientes q̄ꝛ luna deficit. ⁊ q̄ꝛ mouet terra ꝓpter q̄d deficit ⁊ ꝓpter quid mouetur terra querimus. hec quidem igitur ſic.

❡ Determinat de q̄ōne ꝓpter q̄d. d.(cū aūt ſcimus ipſuz q̄ꝛ ip̄m ꝓpter q̄d q̄rimus. vt ſciētes q̄ꝛ deficit luna. ⁊ quia mouet terra)ſu. ad centrū. vel ad mediū q̄rimus(ꝓꝓ q̄d deficit)ſu. luna(⁊ ꝓꝓ q̄d mouet terra)ſu. ad medium. ⁊ ſubdit ꝙ(hec q̄dē igit̄ ſic)ſu. q̄rant̄. vel ſic intelligantur q̄ri. q̄ꝛ. i. ſunt q̄ōnes cōpoſite. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Quedā aūt alio mō q̄rim⁹: vt ſi ē aut nō ē centaurus: aut ſi eſt de⁹. Hoc aūt ſi eſt aut nō ſimpliciter dico. Sed nō ſi album eſt aut nō eſt.

❡ Exequit̄ de q̄ōnibus ſimplicibus. Circa q̄ḋ duo facit. q̄ꝛ p̄mo exeq̄tur de ſi eſt. 2⁰ de q̄d ē. ibi(Cognoſcētes autē). Dicit ḡ ꝙ(q̄dā aūt q̄rim⁹ alio mō).i. ſimpl̄r nō per q̄ōez cōpoſitā ⁊ ponētem in numerū(vt)ſu. cū q̄rimus(ſi eſt aut non eſt centaurus aut deus)⁊ ſubdit(hoc autē ſi eſt. aut nō ē. dico).i. appello(ſimpl̄r ſꝫ nō)ſu. appello eē ſimpliciter(ſi eſt albus. aut ſi nō eſt albus)Si. n. q̄ro vtrum centaurus ſit quero de eſſe cētauri ſimpl̄r. ſed cū querit̄ vtrū ſit alb⁹ vel nō. nō eſt q̄ō de eſſe eius ſimpl̄r. ſꝫ de eē tali. ❡ Notādū aūt ꝙ forte ꝑ centaurū intelligit aliquod figmentū. ſicut hyrcocerus ⁊ chymera q̄dam figmenta noīant. talia. n. h̄ñt minimū de eſſe. tales ḡ q̄ōnes ſi res ē vel nō eſt. poſſunt fieri d̄ nō entibus ſimpl̄r vt figmētis. ⁊ ēt p̄ñt tales q̄ōnes fieri de h̄ñtib⁹ maximū eſſe. vt de icorruptibilib⁹. iō ph̄s volēs exēplificare de q̄ōne ſi ē exēplificauit de centauro ⁊ de deo. ꝙ aūt talis q̄ō. vꝫ. ſi ē poſſet fieri de his q̄ h̄ñt medio mō eē. vt de hoīe ⁊ de leone. ⁊ de alijs corruptibilibus. q̄ nec ſunt figmēta. nec h̄ñt maximū eē. nulli d̄ꝫ eſſe dubium. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Cognoſcentes aūt q̄ꝛ eſt. q̄d eſt q̄rim⁹ vt q̄d eſt deus: aut quid homo.

❡ Exeq̄tur de q̄d eſt. d.(Cognoſcētes autē q̄ꝛ eſt).i. ſi eſt. (q̄rim⁹ q̄d eſt. vt)ſu. ſciētes ſi deus eſt. aut ſi hō eſt. querimus(q̄d ē deus. aut q̄d ē hō.) ❡ Dubitaret forte aliq̄s vtꝝ de figmētis poſſit fieri hec q̄ō. vꝫ. q̄d ē. ❡ Dōꝫ. ꝙ q̄d eſt. vno mō ē p̄cognitio. alio mō ē q̄ō. Nā q̄d ē q̄ḋ d̄r per nomē eſt p̄cognitio. nā figmēta noīꝫ debēt p̄ſupponi in q̄lꝫ ſcīa. Ad talia. n. nō eſt rō. eo ꝙ ſunt ad placitū. Q̄ōes ḡ de q̄bus hic ph̄s dicit. non ſunt q̄ōnes de q̄d noīs. q̄ꝛ talia nō ſūt de ſcīa. nec ſunt de ꝯcluſa in aliq̄ ſcīa ſed ſunt queſtiones de quid rei: ſed licet quid nominis ſit entium ⁊ nō entiū. q̄ꝛ ipſa figmēta poſſunt habere q̄d noīs. tñ q̄d rei nō eſt niſi entiū. Cognitio. n. q̄d aliq̄d eſt loquendo de q̄d rei p̄ſupponit q̄ōnē ſi eſt. Figmētoꝝ aūt talis q̄ō eſſe non pōt. ſigāter aūt ph̄s exēplificādo de q̄ōne ſi eſt exēplificauit de centauro ꝑ q̄ḋ nō poſſum⁹ intelligere aliq̄ḋ figmētū. q̄ꝛ talis pōt eſſe q̄ō ēt figmētoꝝ. ſed exēplificando de q̄ōne q̄d eſt. non exēplificauit niſi de entibus. vt de deo. q̄ꝛ talis q̄ō vt hic de q̄ōne agit̄. non niſi entiū eē pōt. poſſum⁹ ēt ꝑ deū itelligere celū. vel ad l̄ram ip̄m deuz. ſꝫ ꝓp̄e deo nō cōpetat diffiniri. q̄ꝛ ei nō competit finiri nec h̄re finē nec terminū. ſꝫ h̄ nō obſtat qn̄ de eo poſſit queri q̄d eſt. Nā ſicut p̄t queri ſi eſt de eo q̄ḋ nō h̄ꝫ eē. ita p̄t q̄ri q̄d eſt de eo q̄ḋ nō h̄ꝫ diffōnē. Nā nunq̄ꝫ q̄ō p̄ſupponit id q̄ḋ q̄rit̄. Q̄ō ḡ ſi ē q̄ꝛ q̄rit de eē nō p̄ſupponit eē rē. ſꝫ p̄t fieri de figmēto ſic ēt q̄ō q̄d eſt loq̄ndo de q̄d rei. ſꝫ p̄ſupponat rē eē. q̄ꝛ nō pōt eē niſi entiū. nō tñ p̄ſuppōit id q̄ḋ querit. Pōt ḡ fieri talis q̄ō d̄ nō h̄ñtib⁹ diffōnē. Uel poſſum⁹ dicere ꝙ accipit̄ h̄ q̄d ē large. ſꝫ quē modū de ipſo ridem⁹ ad quid. vt ſi q̄reret̄ a nobis quid eſt deus. diceremus ꝙ eſt id quo maius cogitari non poteſt. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Que q̄dez igit̄ q̄rimus ⁊ que iueniētes ſcimus hec ⁊ tot enim ſunt.

❡ Epilogat circa determinata. d.(Que q̄dē igr̄ q̄rim⁹. ⁊ q̄ inueniētes ſcim⁹ h̄ ⁊ tot ſunt). vꝫ. q̄tuor duo ſimplicia. ⁊ duo cōpoſita. Dicit aūt ꝙ que q̄rimus hec inueniētes ſcimus. q̄ꝛ q̄ōnes ſunt equales numero ſcibilibus. De ſcibilibus enim p̄mo dubitamus. ⁊ tūc q̄rimus. poſtea illa eadē inuenimus. ⁊ tūc querēdo dubitamus. iueniēdo ea ſcimus. Dicit ēt ꝙ hec ⁊ tot ſunt. q̄ꝛ ipſe nō ſoluz docuit nos de q̄ōnibus quot ſunt numero: ſꝫ ēt q̄ ſunt ſm̄ eſſentiam. q̄ꝛ oīs q̄ō vel ē q̄ō de ſi eſt. vel de q̄d eſt vel de q̄ꝛ eſt. vel de propter quid eſt. ❡ Deinde cum dicit.

¶ Pꝛobat ꝙ nō poſſit hoc modo ꝓbari diffinitio de diffi
nito. Circa qđ duo facit. q2 primo ꝓbat hoc per rōnem ꝓ
priam ad ipſam diffōnem. ſcđo per rōnē cōem tā ad diffi
nitionem q̄ꝫ ad diuiſionē. ibi. (Ad vtroſqꝫ.) Dicit ergo.
(Accipiēs. n. diffōnē demōſtrat qđ qđ erat eſſe). i. demō
ſtrat diffōnem. q. d. ꝙ talis ꝓbatio nō eſt cōpetens. q2 pe
tit. ꝓbat enim diffōnem per diffōnem. Et q2 poſſet aliqs
dicere ꝙ hoc pōt fieri ꝙ concludatur diffinitio per diffi/
nitionem. ideo ſubdit. ꝙ (accipere aūt ad demonſtrandū
quod quid erat eſſe) quaſi dicat ꝙ poſſumus accipere qđ
quid erat eſſe. i. diffinitionem tanq̄ꝫ medium ad demon/
ſtrandum aliquid (alterum tantum ſit) vel vt habet alia
littera ⁊ melius alterum tamen ſit. i. ita tamen ꝙ mediū
acceptum ſit quid alterum ab eo quod concluditur. ⁊ ſub
dit. ꝙ (⁊ enim in demonſtrationibus eſt) ſup. oſtendere
per medium quod eſt diffinitio. (quoniā eſt hoc de hoc)
. i. paſſio vel diffinitio paſſionis predicať de ſubiecto (ſed
non ipſum). i. ſed non eſt idem ipſum medium quod con
cluſio. (neqꝫ eſt) ſup. ipſum medium id (cuius eſt ipſa rō
eadem) quaſi dicat ꝙ ipſum medium non debet eſſe eiuſ
dem rationis cum ipſo concluſo. ita ꝙ non ſit magis no
tum ſed ſit eque vel eodem modo notum medium ſicut
concluſum. ⁊ ſubdit. (⁊ conuertitur) ideſt hoc poſito ſe/
quitur ꝙ medium conuertatur. quod non debet fieri. nō
enim debet eſſe medium id quod conuertitur cum con/
cluſione. ita ꝙ eque bene poſſit per concluſuꝫ oſtendi me
dium. ſicut econtra. tunc ergo eſt ſupplenda ratio ꝙ cum
per diffinitionem vnius contrarij poſſit eque bene oſten/
di diffinitio alterius contrarij. ſicut ecōuerſo: vel cum nō
ſit magis notum qđ diuiſibile ſit diffinitio mali q̄ꝫ indiui
ſibile boni. nec econuerſo non poteris per vnum oſtendi
aliud. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ad vtroſq; aūt ſm diffinitionē demrantez
τ ad ſic ſillm eſt eadē oppō: ppter qd erit hō
aial bipes greſſibile. ſed nō aial τ bipes. ex ac-
ceptis.n. nec vna neceſſitas eſt vnū fieri. qđ p̄-
dicaṫ. ſ3 ac ſi hō idē eēt τ grāmatic⁹ τ muſic⁹.

¶ Adducit aliam rationē cōem tam ad diffinitionē ꝙ̃ ad
diuiſionē. di. (ad vtroſq;).i. ad vtroſq; ſillos vel ad vtraſ-
q; vias (τ ſm diuiſionē demrantē τ ad ſillm ſic). v3. ſm
diffōnē (eadē oppoſitio).i. idē modus arguēdi ꝯ vtrūq;.
v3. (pp qd eſt hō aial bipes greſſibile: ſ3 nō aial τ bipes)
q.d. ꝙ nec via diuiſiua. nec via accipiens q̄ cōpetūt ꝯrio
ꝯcludit diffōnē eſſe qd vnū. vn̄ nō magis cōcludit hoiez
eſſe aial bipes. ꝙ̃ aial τ bipes. τ ſubdit ꝙ (ex acceptis.n.
nec vna nccitas eſt vnū fieri qđ p̄dicaṫ. ſ3) vtiq; (ſic hō
idē erit grāmaticus τ muſic⁹). q.d. ꝙ diffō dicit qd vnū.
nulla aūt iſtaꝝ viaꝝ ꝯcludit ꝙ id qđ p̄dicaṫ ſit qd vnū3.
ergo nulla talis via ꝯcludit ꝙ id qđ p̄dicaṫ ſit diffō in eo
qđ diffō. ¶ Dubitaret forte aliqs: qꝛ vĩ falſum ꝙ via di-
uiſiua nō ꝯcludat diffōnē eſſe qd vnū. nā ſi fiāt diuiſiōes
ſm dr̄ias ſubales diffō accepta de nccitate dicet qd vnū.
¶ Rurſus τ via diffinitiua. accipiendo diffōnez ꝯtrarij
hoc idē fiet. nā ſi diffō ꝯtrarij dicit qd vnū o3 ꝙ τ ꝯtraria
diffinitio dicat qd vnū. ¶ Dicēdū ꝙ nulla via cōcludiṫ
diffō eſſe qd vnū τ qđ dr̄ de diuiſione per dr̄ias eēntiales.
dici o3 ꝙ dr̄ia eēntialis hn̄ facit vnū cū eo cuius eſt dr̄ia.
ſed ꝙ fiat hoc mō vnū hoc nō hr̄ ex diuiſione in eo ꝙ di-
uiſio: ſed ex eo ꝙ diuiſio h3 eſſe circa talē mā3. diuiſio.n.
ſm ꝙ hō pōt fieri τ p dr̄ias eſſentiales: τ p accidentales.
via ergo diuiſiua cū poſſit fieri diuiſio vtroq; mō nō ma-
gis hr̄ ex acceptis per diuiſionē ꝙ hō ſit aial bipes: ꝙ̃ ꝙ
ſit aial τ bipes. i. nō magis hr̄ ꝙ aial τ bipes dicāt plures
actus. τ ſint vnū per accn̄s. ſic.n. acceptū per diuiſionem
poterit eſſe vnū per accn̄s. ſicut hō eſt vnū per accn̄s cum
grāmatico τ muſico. Quod vō addebant de diffinitione
ꝯtrarij dici o3 ꝙ nō magis notum eſt ꝙ eſſe diuiſibile ſit
diffinitio mali ꝙ̃ ꝙ indiuiſibile boni. arguere.n. ꝙ in oī-
bus habentibus ꝯtrarium ſp̄ eſt ꝯtrarium in cōtrario. ita
val3 in eēntialibus ſicut in accn̄talibus. dū tn̄ ſint per ſe
accn̄tia. τ tali via arguere rōne modi arguēdi ꝙ accepte
ſint dr̄ie eſſentiales nō erit nobis magis notū ꝙ̃ acciden-
tales. poterit.n. hoc innoteſcere nobis alia via: ſ3 ipſe mo-
dus arguendi nihil nobis de hoc patefaciet. ex ipſo ergo
mō arguendi nō magis habebitur ꝙ ꝯcluſa diffinitio ſit
qd vnum ꝙ̃ ꝙ quid plura. Val3 ergo hec obiectio. ꝙ nec
via diuiſiua. nec diffinitiua ꝯcludat diffinitionē vt diffini-
tio. qꝛ diffinitio vt diffō eſt qd vnū. ex neutra aūt via ſuf-
ficienter habeṫ ꝙ id qđ cōcludiṫ ſit qd vnum.

¶ Qualr̄ igiṫ diffiniens mōſtrabit ſubſtātiam:
aut qđ qd eſt. Neq;.n. ſicut demōſtrās ex cer-
tis eē: manifeſtū faciet qđ neceē eſt cū ſint illa al-
terum aliqd eſſe. demōſtratio.n. hec eſt.

¶ Poſtꝙ̃ ph̄s executus eſt de qōne q̄rta. v3. quoꝝ eſt dif-
finitio. vtꝝ ſit eoꝝ quoꝝ eſt demratio τ de tertia. v3. qd
eſt diffō. vtꝝ ſit idē qđ demratio. τ de ſcda. v3. qs ſit mo-
dus inv. ducēdi diffōnez. vtꝝ via ſillogiſtica. reduplicati-
ua. aut diuiſiua. aut diffinitiua. In parte iſta vt dicebaṫ
vult exequi de qōne p̄ma. vtꝝ qđ qd eſt demreṫ. ¶ Pro-
pter qđ ſciendū ꝙ demratio eſt duplex. ad ſenſu3. τ ad in-
tellectū. τ ad ſenſu3 eſt duplex rōcinatiua. ſ. τ nō rōcinati-
ua. demrare aūt ad ſenſum mō rōcinatiuo videṫ facere
inductio. Nā inductio ſenſibilr̄ oñdit in hoc τ in illo ſic eē
τ ex hoc arguit in oībus ita eſſe. vn̄ quaſi qđdā demrare
eſt ſic ſenſibilr̄ pcedere. demratio āt ad ſenſu3 nō rōcina-
tiua pōt fieri. vt ſi qs ſenſu. vtputa viſu oñderet ſibi ſic eē
vt ſi qs nunꝙ̃ vidiſſet niuē. τ dubitaret eā eſſe albā ad ſen-
ſum. τ ſm viſum oñdereṫ ſibi ſic eē. vtputa ſi portaretur
nix corā eo τ diceret ei. reſpice qm̄ eſt alba: vel poſſit talis
demratio fieri digito: vt ſi qs nūꝙ̃ tetigiſſet ignē poſſet ei
digito demrari ꝙ eſſet calidus. vel econuerſo poſſet expo-
ni ꝙ ſenſus referaṫ ad tactū. poſſet.n. alicui ſenſu demō-
ſtrari aliqd ſentiendo τ tāgēdo ipm̄. digitus aūt referatur
ad viſum. vt qꝛ pōt alicui digito oñdi aliqd vt videat il-
lud. Demratio aūt ad intellectū fit p diffōnem. qꝛ mediū
in tali demratione eſt diffō. duo ḡ facit ph̄s. qꝛ p̄ oñdit ꝙ
nec demratione ad intellectū nec ad ſenſu3 pōt demrari
qđ qd eſt. 2° ſpecialr̄ adducit rōnes ꝙ nō poſſit demratio
ne ad intellectū ibi (Amplius quō mōſtrabit) Circa p̄ī-
mū duo facit. qꝛ p̄ oñdit ꝙ nō pōt demrari qđ qd eſt de-
mratione ad intellectū. 2° ꝙ nec demratione ad ſenſu3.
ibi (Nec ſicut inducēs) Dicit ḡ (Qualr̄ igiṫ diffiniēs).i.
qualr̄ demōſtrās demratione ad itellectū: vbi mediū eſt
diffō (mōſtrabit).i. demōſtrabit (ſuba3).i. eēntialē diffi-
nitionem (aut qđ qd eſt. neq;.n. ſicut demrans ex certis)
p̄ncipijs (faciet māifeſtū) illud qđ qd eſt. v3. ꝙ (neceſſe eſt
cū ſint illa) p̄ncipia (alterū aliqd eſſe).i. ꝯclonē τ ſubdit
(demratio.n. hec eſt). q.d. ꝙ in hoc ſtat rō demōſtratio-
nis ꝙ accipiat qđdā certa τ nota p̄ncipia. ex qbus de neceſ-
ſitate ſequaṫ aliqd alteꝝ. ſ. ꝯclo. hoc aūt mō. v3. demrati-
ue τ p certa τ nota nō pōt demrari qđ qd eſt ſ3 qđ qd eſt.
nā ſi ꝯcludereṫ qđ qd eſt in eo qđ qd eſt. oporteret ꝙ in p̄-
miſſis acciperṫ eodē mō qđ qd eſt in eo qđ qd eſt. talis ḡ
eſſet mediū q̄lis eſſet ꝯclo. hoc aūt mō nō eēt pcedere ex
notis τ certis. qꝛ cū ꝯclōnes ſint dubitabiles eēt τ mediū
dubitabile. ¶ Dubitaret forte aliqs. qꝛ vĩ ꝙ id qđ hic dr̄
ſit idē cū eo qđ ſuperius dicebaṫ. nā idē eſt verū diffiniēs
poſſit demrare qđ qd eſt. qđ dicit hec qđ q̄rta: τ vtꝝ ip̄ī⁹
qđ qd eſt ſit ſillus reduplicatiu⁹. q accipit p medio. qđ qd
eſt in eo qđ qd eſt. vel ſillus diffinitiuus. q accipit p medio
diffōnē diffinitionis. vel diffōnē diffiniti. qđ totum fuit
dictum in ſecunda qōne. oībus.n. his modis diffiniendo
oñdimus diffinitionē eo modo quo poſſe ē oñdi. ¶ Dōm
ꝙ oñdere diffōnē per diffōnem nō eſſe poſſibile q̄drupli-
citer declarat ph̄s. primo in ſillogiſmo reduplicatiuo. 2°
in ſillo accipiente diffōnem diffōnis. tertio in ſillo acci-
piente diffōnem diffiniti ꝯtrariā τ q̄rto in hoc textu nūc
expoſito. aliter tn̄ τ alr̄. Nā diffinitio duplr̄ pōt accipi. vel
large pro omni deſcriptione put non aggenerat ſciam:
ſed opinionez. vel pprie. put ea vtiṫ demrator. τ put ag-
generat ſciam. Prime ḡ vie loquunṫ de diffōne large in
gn̄ali. ſiue put ea vtiṫ demratio ſiue nō ꝙ nullo mō qđ
qd eſt in eo qđ qd eſt poſſit demrari. ſed textus nunc ex-
poſitus loquiṫ de diffōne put ea ſpecialr̄ vtiṫ demōſtra-
tor. qđ qd eſt ḡ ſm ꝙ huius nō pōt ꝯcludi per diffōnem
put diffō p̄tinet ad ſillum generalr̄ ſiue ſillus ille ſit de-
mōſtratio ſiue non. nec pōt ꝯcludi p diffōnem. put diffi-
nitio illa ſpecialr̄ ſpectat ad demratorē. ḡ hec q̄rta ſua lo-
cutio de diffōne p3 quō differt a tribus p̄mis locutionib⁹
precedentibus. tres aūt precedentes locutiones de diffō-
ne. p3 ēt quō adinuicē dr̄nt. Prima ḡ locutio cū dr̄. ipſum
aūt qđ qd eſt. loquiṫ de diffōne diffiniti. vtꝝ p diffōnem
hoīs vel cuiuſcunq; alterius ſm ꝙ huius poſſit demon-
ſtrari diffō eius ſm ꝙ huius. ita ꝙ p vnā diffōnem ſ3 ꝙ
huius demrareṫ alia ſm ꝙ huius. Secunda aūt locutio
de diffōne cū dicit: ſed verū ſit demōſtrare quod qd eſt. lo-
quitur nō de diffōne diffiniti ſed diffinitionis. verū3 hoc
modo ꝯtingat oñdere quod qd eſt. Tertia aūt locutio cū
dicit. τ ſi ex conditione. loquitur de diffōne diffiniti. ſed
aliter ꝙ̃ locutio prima. qꝛ prima loquebatur de diffōne.

diffiniti ꝑpoſita. vt ſi de eadē re dent̄ due diffinitiones. vtꝫ ꝑ vnā poſſit oñdi alia. ſꝫ tertia locutio loquit̄ de diffinitione diffiniti oppoſita. vtꝫ. ſ. ꝑ diffinitionē vnius oppoſiti poſſit oñdi diffō alterius. ℂ Eſt aūt diligēter notādū ꝙ cū dicimus ꝙ qđ qd ē ſm ꝙ hꝰ nō pōt ꝓbari nec ſillogiçari loq̄ndo de ſillo gnāliter. nec pōt ꝓbari nec demr̄ari loq̄ndo de demr̄atione ſpālr. itelligēdū ē ꝙ ñ poſſit ſillogiçari ve. i. ſillogiſtice ꝓbari vere q2 ſꝑ petit̄ ibi pñcipium. nunq̄. n. eſt ſillogiſtica ꝓbatio vā niſi ꝑmiſſe ſint notiores ɔclone. tñ bñ pōt ꝓbabiliter ſillogiçari ꝙ nihil ꝓhibet q̄dam falſa ꝓbabilia eē: imo ꝓbabiliora q̄buſdā veris. vt oñ in 8° thop. multis. n. ꝓbabilr̄ ſillogiçatū eſſet ꝙ aīal nō pēnatū bipes ē diffō hōis: ſi aſſumeret̄ hoc pro medio qđ ɔſtat ex gñe ⁊ dñtijs hōis. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Nec ſic iducēs ꝑ ſinglaria cū manifeſta ſint. qm̄ oē cui ſic nihil alr̄ ē. nō. n. qđ qd ē demr̄at: ſꝫ qm̄ aut ē aut nō ē. Quis igit̄ eſt aliꝰ modus reliquꝰ. Nō. n. vtiq̄ mōſtrabit ſēſu aut digito.

ℂ Oñdit ꝙ nō poſſit demr̄ari qđ qd eſt demr̄atiōe ad ſenſuꝫ. d. (Nec ſic inducēs). i. nec demr̄abit ſu. diffōnē ſenſibilr̄ iducēs (ꝑ ſingularia cū manifeſta ſint) illa ſingularia. ſ. ad ſenſum (qm̄ oē ſic ⁊ nihil alr̄). i. q2 in oibꝰ ſingularibꝰ ita ſe hꝫ ſic accipit iductio ⁊ nō alr̄. ⁊ ſubdit. ꝙ (nō. n. qđ qd ē demr̄at) ſu. ſic iducēs (ſꝫ qm̄ ē. aut nō ē.) nō ḡ ꝑ inductionē pōt demr̄ari ſenſibilr̄ qđ qd ē. nec ēt ſenſibilr̄ pōt demr̄ari ſenſu vl̄ digito. vñ ſubdit. (q̄s igit̄ ē aliꝰ modus reliquꝰ) ſu. ad demr̄andū qđ qd ē (nō. n. mōſtrabit) ipm qđ qd ē (ſenſu aut digito) qūo āt differāt he tres demōſtratiōes ſenſibiles. vꝫ. demr̄are iductiōe ſenſu ⁊ digito. in pñ° lectiōis tāgebat̄. ℂ Dubitaret forte aliq̄s. vtrū ꝑ iductionē demr̄ari poſſit qđ quid eſt. dōm ꝙ iductio ꝓcedit ex manifeſtis ad ſenſuꝫ ſenſus vō nō iudicat niſi ð accñtibꝰ. ſi āt iudicamꝰ de ſuba ꝑ ſenſuꝫ h̄ ē ꝑ accñs vl̄ in relatiōe ad accñs. vt ſi video filiū celonis ꝑ accñs. h̄ ē q2 video albū ꝑ ſe. ⁊ ſi aliq̄s ſenſus ē q̄ iudicet de ipa ſuba. vt puta ipa ē mā h̄ nō erit niſi in relōne ad accñtia. ipam āt ſubam nudā ⁊ ipm qđ qd ē nudū ſenſus nō pōt appħēdere. nūq̄ ḡ fit iductio de ipa nuda ſuba. ſꝫ ſꝑ ð ea in relōne ad accñs. vt ſi iudico ꝑ ſenſuꝫ hūc eē hōiem. hūc eē rōnalē. h̄ ē ipam ſubam ⁊ ipam q̄ditatē hōis nudā ſcōm ſe eſt ꝑ aliq̄ accñtia q̄ video in ipo. ꝙ āt poſſumꝰ ſentire ipoſe. ⁊ q2 ſuba in relōne ad accñs nō dicit q̄d eē. ſꝫ q2 eſt. iductio q̄ fit ex manifeſtis ad ſenſum nō demr̄at q̄d res ſit. ſꝫ q2 ſit. vñ poſſumꝰ ꝑ ſenſum iudicare de aliquo q2 ē hō. q2 videmus ad ſenſuꝫ aliq̄ in ipo q̄ nō poſſet facere niſi eēt hō nō āt poſſumꝰ ad ſenſuꝫ cogſcere q̄d ſit hō. iductio ḡ q̄ ꝓcedit ſenſibilr̄. ⁊ ſenſus ⁊ digitus q̄ faciūt cognitionē ſenſibilē. nō q̄d eſt. ſꝫ qm̄ eſt oſtēdere pñt. iō valde ē dubiuꝫ qūo demr̄abit̄ qđ qd eſt. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Ampliꝰ quo mō mōſtrabit qđ qd ē. neceſſe eſt. n. ſciētē qđ qd ē hō: aut aliud qđcūq̄ ſcire q2 eſt. qđ. n. nō eſt nullus ſcit qd eſt. ſꝫ qd ſignificat rō diffinitio q̄dem aut nomē. cū dico hircocervus qd autē ē hircocervꝰ impoſſe ē ſcire.

ℂ Oſtēdit ſpālr̄ ꝙ qđ qd eſt nō poſſit demr̄ari demr̄atione ad itellectū. ſcire. n. ad itellectū ꝑtinet. ⁊ ſentire ad ſenſuꝫ. h̄. n. mōſtrabūt rōnes ſeq̄ntes ꝙ qđ qd ē nō ɔtingat ꝑ demr̄ationē ɔcludere. ꝑ demr̄ationē. ſ. ad itellectuꝫ ⁊ faciētē ſcire. Circa qđ facit tria q2 pmo ꝑmittit qđdā neceſſariū ad ꝓpoſitū. 2° adducit multas rōnes ꝙ qđ qd ē demr̄ari nō poſſit. 3° epilogat circa determinata. ſcđa ibi. (At vō.) tertia ibi. (Ex his igit̄) Dicit ḡ. (Amplius qūo mōſtrabit). i. demr̄abit (qđ qd eſt) ⁊ ſubdit. q2 (neceē ē. n. ꝙ ſciēdo qd ē hō aut aliud qđlibet ſcire. q2 ē. qđ. n. nō eſt nullus ſcit qd ē. ſꝫ qd ſignificat. rō aut nomē) ⁊ ponit exēplū. d. (cū dico tragelaphus qd eſt tragelaphus ipoſſe eſt ſcire) h̄ ḡ ē qđ pmo ꝓponit neccīū ad ꝓpoſitū. ꝙ cū qđ qd eſt de quo nos loq̄mur. nō ſit niſi entiū ⁊ ꝙ de nullo poſſumus ſcire tale qđ qd eſt niſi ſciamꝰ ipm eē. vñ de non entibus. nec ēt de figmētis cuiuſmodi ſunt tragelaphus ⁊ chymera nō poſſumus ſcire qd eſt. q2 nō hñt q̄ditatē. ſꝫ poſſumꝰ ſcire de eis qd ſignificet nomē. ℂ Notādū autē ꝙ ēt de ipſo nihil poſſumꝰ ſcire qd ſignificet nomē. nā ſcire poſſumꝰ qd iportat̄ ꝑ h̄ nomē nihil ⁊ h̄ grāmaticus appellat ſubam q̄litatē aūt appellat modum ſignificādi. vt q2 ſignificat̄ ꝑ modū ꝓpriū. vel ꝑ modū appellatiui. ⁊ ex h̄ ipm nihil ⁊ ēt oē nomen ſignificat ſubam cū q̄litate. q2 in omni nomine eſt ɔſiderare ſignificatū. aut ꝑ modū ſignificādi ꝓpriū vel iduidui. vtputa ſortes ⁊ plato. aut per modū cōis ⁊ appellatiui. vtputa hō ⁊ aīal. ſi ḡ in ipo nihilo eſt aſſignare qd ſignificet nomē. nō eſt icōueniēs ꝙ tragelaphus ⁊ alia figmēta habeāt qd nois. eēt āt icōueniēs ſi hērēt qd rei. ℂ Notādū ēt ꝙ eē vocem ſignificatiuā ɔpetit ⁊ termino cōplexo ⁊ icōplexo. ⁊ nomini ⁊ orōni. ⁊ ex h̄ opꝫ ꝙ ipſa rō nois q̄ ɔtinet plures terminos ſit ēt vox ſignificatiua. vt rō huius nois tragelaphus eſt hyrcocervus vel eſt aīal cōpoſitū ex hyrco ⁊ ceruo. qđ in rerū nā eē nō pōt. poſſumus ḡ ſcire de tragelapho quid ſignificet nomē eius. vel qd ſignificet rō nois eius. nō aūt poſſumus de ipo ſcire qd rei. ℂ Dubitaret forte aliq̄s ad quid deſeruit qđ hic ꝑmiſſuꝫ ē. vꝫ. ꝙ nō poſſumus ſcire de aliquo qd eſt. niſi ſciamus ipm eſſe. dōm ꝙ hoc dcm̄ deſeruit ad duo. vꝫ. ad id qđ pma facie ſonat. nā vt q̄dā rō inferior declarabit. ſi quod qd eſt poſſet demr̄ari. poſſemus de aliquo ſcire qđ quid eſt. ⁊ tñ ignoraremus ipſuꝫ eſſe. ⁊ ideo hic ſupponit̄ tanq̄ impoſſibile. 2° hoc dcm̄ deſeruit ad cognoſcendū q̄ꝙ qd eſt ⁊ eſſe ſunt diuiſa ex quo vnū preſupponit aliud. valet. n. hoc ad ſequentes rōnes. quia plures de ſequētibus rōnibꝰ initent̄ huic fundamēto ꝙ ꝑ demr̄ationē nō poſſit demr̄ari qd ē. q2 ꝑ eā demr̄at̄ eē qđ eſt aliud a qđ qd eſt. ℂ Ulteriꝰ forte dubitaret aliq̄s. vtrū verū ſit q̄ non poſſumus de aliquo ſcire qđ quid eſt niſi ſciuerimus de eo q2 eſt. vel niſi ſciuerimus ipm eſſe. Dōm ꝙ facienda eſt vis in eo ꝙ dicit ſcire. naꝫ ſcire non eſt niſi entium. non ergo poſſumus ſcire de aliquo qd eſt. niſi ſciendo ipꝫ eē ens. q2 ſi neſciremus ipm eē ens neſciremus ipm. q̄re ſi nō poſſumus ſcire de aliquo qd eſt niſi ſciamus ipm eſſe ens. ſciēdo aūt ipm eē ens ſcimus ipm eſſe. ɔñs ē q̄ nō poſſumus de aliquo ſcire qd eſt niſi ſciamus ipm eē. qđ. n. nō eſt nō ſcit̄. vñ ⁊ in pmo huius dcm̄ eſt. ꝙ falſuꝫ nō ſcit̄. q2 nō eſt. Uel poſſumus dicere: ꝙ faciēdā eſt vis in qđ qd eſt qđ ad demr̄ationē ordinat̄. Cuꝫ ergo demr̄atio nō ſit niſi entium: tale qđ qd eſt de aliquo ſcire nō poſſumus niſi ſciamus ipm eē ens. ⁊ per ɔñs niſi ſciamus ipm eē. Eſt ergo intētio phi. q̄ ſi dubitat̄ vtrum poſſit demr̄ari qđ qd eſt nō pōt eſſe dubiū niſi de qđ qd eſt qđ ordinat̄ ad demr̄ationē. nā de qđ quid eſt qđ nō ordinat̄ ad demr̄ationē q̄libet pōt ſcire qđ nō demr̄at̄. qđ quid eſt ergo qđ ordinat̄ ad demr̄ationē eſt qđ qd entiū. De nullo ergo poſſumus ſcire tale qđ quid eſt niſi ſciuerimus ipm eſſe ens. ⁊ per ɔñs niſi ſciuerimus ipm eē. ſꝫ de hoc plenius dicet̄ in pma dubitatione illius lectiōis. Diffinitio qm̄ aūt ⁊c̄. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ At vero ſi demōſtrabit quid ē: ⁊ q2 ē: ⁊ eq̄liter eadem rōne mōſtrabit̄. diffinitio. n. vnum aliquid manifeſtat: ⁊ demonſtratio alterum.

Jd autez qḋ ē gd eſt hō. ⁊ eē hoiem aliud eſt.

¶ Adducit multas rōnes ad pbandū intētū. vȝ. qḋ gd eſt
demſ̄rari nō poſſit. Circa qḋ ſex facit. ſm ꝙ ſex rōnes ad/
ducit ad ꝓpoſitū. ſcḋa ibi (Poſtea ꝑ demſ̄ratione) tertia
ibi (Qr vē ⁊ nūc) q̄rta ibi (Quod igit̄ demſ̄rabit) qnta ibi
(Manifeſtū āt eſt) ſexta ibi (Si igit̄ diffiniēs) Jn pma
pte intēdit talē rōnē. diffō demſ̄rat gd vnū pari rōne ⁊ de
mōſtratio demſ̄rat gd vnū. ſȝ demſ̄ratio demſ̄rat qꝛ ē ḡ nō
demſ̄rabit gd eſt. qꝛ tūc demſ̄raret duo. cū aliud ſit gd ē. ⁊
qꝛ ē. H eſt ḡ qḋ dicit (At vō ſi) ſu. aliqs (demſ̄rabit gd eſt.
⁊ qꝛ eſt qualr eadē rōne demſ̄rabit vtrūqȝ) .q.d. ꝙ ē ipoſe
⁊ ſubdit ꝙ (diffō aliqd vnū manifeſtat ⁊ demſ̄ratio) lr̄a ē
corrupta vt pȝ ex alia trāſlatiōe q̄ hȝ. diffō vnū aliqd ma
nifeſtat ⁊ demſ̄rat. ſi ḡ diffō vnū aliqd demſ̄rat ſupponen/
dū eſt ꝙ pari rōne ⁊ demōſtratio. ſi ḡ vellemus exponere
lr̄am nr̄am ſilr̄ exponeremus ipam. diffō. n. vnū aliqd ſi
gnificat ⁊ demſ̄ratio. i. ⁊ demſ̄ratio ſupple vnū aliqd mani
feſtat. ⁊ ſubdit (Jd aūt qḋ eſt gd eſt hō. ⁊ eē hominē aliḋ
eſt) tūc ḡ ē ſupplēda rō. ꝙ cum demſ̄ratio nō demſ̄ret niſi
vnū. cū demſ̄ret eē ſu. qꝛ. nō demſ̄rabit gd eſt. qꝛ aliud eſt
eē qꝛ eſt. ⁊ aliud gd eſt. ¶ Notandū aūt ꝙ rō pōt dici oē
id ꝑ qḋ certificamur de aliquo. ſumpſit. n. nomē rō ab ip/
ſa rōne ſiue ab ipo itellectu: qꝛ ē organū itellectus. Jllud
.n. ē rō quo vtit̄ itellect⁹ ad itelligēdū. igit̄ cū dicebam⁹.
oē id ꝑ qḋ certificamur de aliquo ꝑ qḋ fit nobis aliqua fi
des de aliquo. pōt dici rō. ⁊ qꝛ ꝑ diffōnez certificamur de
qditate rei. ipſa diffō q̄dā rō dr̄. Rurſus qꝛ ꝑ quālibet ar
gumētationē rectā fit nobis aliq̄ fides. q̄lȝ talis argumē
tatio dr̄ q̄dā rō. cū ḡ ꝑ demſ̄rationē nō ſolū fides: ſȝ ēt cer/
titudo fiat nobis de re ipſa: demſ̄ratio q̄daȝ rō eſt. rō ḡ eſt
gd cōe ad demſ̄rationē ⁊ ad diffōnē. Uult ḡ phūs ꝙ non
eadē rōne demſ̄ret̄ qḋ gd eſt. ⁊ qꝛ eſt. qꝛ vnū demonſtrat̄
diffōne. aliud demōſtratiōe. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Poſtea ⁊ ꝑ demōſtrationē dicimus neceſſa
rium eſſe demōſtrare omne qꝛ eſt: niſi ſubſtan
tia ſit eſſe aut non ſubſtantia ē nulla. Nō. n. eſt
genus ens. demſ̄ratio ergo erit. qꝛ ē qḋ quid ē.**

¶ Adducit ſcḋam rōnē q̄ eſt q̄ſi ſupplemētū rōnis pme.
dixerat. n. ꝙ demſ̄rat gd vnuȝ. poſſet ergo aliqs dicere. ꝙ
eſſe ⁊ gd eſt non ſunt aliud ⁊ aliud. ¶ Ad hoc ergo remo
uendū facit rōnē ducentē ad incōueniēs. vȝ. ꝙ eē nō eſt
gd rei nec eſt ſuba rei. qꝛ tūc ens eēt gen⁹ qḋ ē icōueniēs.
ſi ergo eē nō ē gd ⁊ demſ̄ratio nō demſ̄rat niſi eē. ergo nō
demſ̄rat gd. iō ait ꝙ (Poſtea) .i. alia poſterioꝛ rō ducens
ad incōueniēs ē hec. vȝ. ꝙ (⁊ ꝑ demſ̄rationē dicimus ne/
ceſſariū eſſe demſ̄rare omne qꝛ eſt) ergo ſu. ꝑ demſ̄rationē
nō demſ̄rant̄ eēntialr̄ nec ē gd demſ̄rat̄ (niſi ſuba ſit) ſu.
ipm (eſſe) ⁊ ipm qꝛ eſt. ⁊ ſubdit ꝙ (eē nō eſt ſuba nulla)
ſupabūdat ibi. vel vt hȝ alia trāſlatio. eē aūt nō eſt ſuba
nulli. ⁊ ſubdit ꝙ (nō. n. eſt gen⁹ qḋ ē) .i. ens. vt habȝ alia
trāſlatio. q. d. ꝙ ſi poneret̄ ꝙ eē eēt ſuba aliq̄. vel eēt ſub/
ſtātia alicuius. ſequeret̄ hoc incōueniēs ꝙ ens eēt genus.
cū ergo ens nō ſit genus. eſſe vō erit ipm gd. nec erit ipſa
ſuba alicuius. ⁊ qꝛ ſic eſt (demſ̄ratio itaqȝ erit eius qḋ gd
eſt) vel vt hȝ alia tranſlatio. erit qꝛ eſt. non ergo demon/
ſtrabit̄ per demſ̄rationē gd eſt. ſȝ demſ̄rabit̄. ꝙ res gdē eſt
vel qꝛ eſt. nō aūt gd eſt. ¶ Dubitaret forte aliqs vtrū eē
ſit ſuba. vel vtꝝ ſit idē eē ⁊ qḋ gd eſt. ¶ Dōm ꝙ hic ſuba
accipit̄ large pro qualibȝ eēntia rei. vn̄ hic eſt qḋ vtrum
ipſa eēntia q̄ indicat̄ per diffōnē ſit ipm eſſe. vt vtrum. ſ.
eſſe rei ſit idem qḋ eius eēntia ⁊ ſubſtantia. ad qḋ reſpon/
dent gdā ꝙ in ſolo deo eſt eē idē ⁊ ꝙ gd eſt. in omni alio
differt eſſe ⁊ eſſentia. vnde ⁊ cōmuniter expoſitores expo
nunt hunc paſſuȝ de eē rei. volentes q̄ hic loquatur phi/
loſophus de eſſe actuali rei. qḋ in ſolo deo eſt ideȝ cū ſua
qditate. ſȝ nunq̄ ſic ꝓcedendo ⁊ loquēdo de tali eſſe ha/
bebimus itentionē phi. vult. n. phūs ꝙ ſi eſſe eſſet ideȝ ꝙ
rei ſuba: ꝙ ens eſſet genus. ⁊ ꝙ oia ꝑ ꝯn̄s eſſent in eodem
gn̄e: ſȝ ſi loqueret̄ phūs de tali eſſe nō ſeq̄ret̄ ꝙ ens eſſet
genus. ⁊ ꝙ oia per ꝯn̄s eſſent in eodem gn̄e. imo ſequeret̄
ꝙ ens nō eēt genus. ⁊ ꝙ nihil eſſet in gn̄e: nam qḋ hȝ ideȝ
eſſe cū ſuba nullo mō hȝ in eo aliqd potentiale. ergo nun
q̄ in eo poterit accipi rō gn̄is nā gen⁹ dicit formam me/
diam inter potentiā ⁊ actū. vt declarat cōmen. in. z. me/
ta. nec oȝ in hoc multū inſiſtere. qꝛ omnes ꝯcedūt deum
nō eſſe in gn̄e. ſi ḡ alie res haberent idem eſſe cū ſua ſub/
ſtātia nihil eſſet in gn̄e: ⁊ ſi nihil eſſet in gn̄e nullum eſſet
genus. hoc ergo poſito nō ſolū ens eēt in gn̄e: ſȝ ibi nulluȝ
aliud eſſet genus. icidūt ergo iſti in q̄ndā v̄itatez. ꝙ eſſe in
ſolo deo eſt idem cū eſſentia. ſȝ nō vadunt ad mētē phi.
imo vadunt ad oppoſitū mentis. nā vt pȝ: phūs vult ꝙ H
poſito ſequeret̄ ꝙ ens ſit gen⁹. ſm aūt expōnē iſtoꝝ hoc
poſito deſtruūt eē genus. ſi ḡ de eē actuali loq̄ret̄ H phūs
ꝙ in ſolo deo eſt idē eē cū eēntia. ſi tale eē eēt idē cū ſub
ſtātia rei nihil eēt in gn̄e. ¶ Ad hoc idē ēt facit. qꝛ phs in
tendit hic loq de eē vt refert̄ ad demſ̄rationē demſ̄rare āt
eſt ſciarū ſpāliū q̄ nō ꝯſiderāt nec de deo nec de ſubīs ſe
paratis. nā ⁊ ipſa phyſica vt declarari hȝ in. 6. meta. eſſet
pma phia: ſi nō eſſet meta. non ꝯſideraret de talibus ſm
ſe. qꝛ vt dicitur in phyſicis que nō amplius mota mouēt:
nō amplius ſunt phyſice ꝯſideratiōis. de talibus ergo nō
ſe intromittit hic phs. accipere ḡ eē qḋ nō ſit idē cū eſſen
tia. prout ab hoc excludit̄ ſolus deus qui habet idem eſſe
cū eſſentia. nō ē ire ad mētē phi. cū ḡ q̄rit̄ vtrū eē ſit ideȝ
cū eſſentia. vel qḋ rei eēntia. dici dȝ q̄ nō. ſȝ ꝑ H nō hētur
de eē de quo loqt̄ phūs. nec per hoc hētur vtrū eē de quo
loqt̄ phūs ſit idē cū qḋ rei eēntia. nec ꝑ hoc ēt hētur. vtꝝ
ſi eſſe de quo loqt̄ hic phūs eēt idē qḋ rei ſuba vel qḋ rei
eēntia: ex hoc ſequeret̄ ꝙ ens eēt gen⁹. ſȝ de his oibus in
ſequētibus qōnibus dicet̄. ¶ Dubitaret forte aliqs. de q̄
eē loquit̄ hic phūs. ¶ Dōȝ ꝙ ens vno⁹ diuidit̄ ꝑ ſe in. 10.
ꝑdicamēta. ſm ꝙ vult phūs in 5⁰ meta. nam vt ibi dr̄ ꝙ
dnr aūt entia per ſe oia q̄ ſignificāt figure ꝑdicamentoꝝ.
alio⁰ accipit̄ ens per accñs nō oȝ nūc diſtiguere quot mo
dis ſumat̄ ens ꝑ accñs. ſȝ ſufficit nūc ſcire ꝙ ens ꝑ accñs
dr̄ de veritate ꝓpōnis. vn̄ ēt ꝯmē. in 6⁰ meta. ait ꝙ q̄ſtio
de ente vno⁰ co. locat̄ in qōnibus gn̄is. alio⁰ in qōnibus
accñtis. vn̄ ait. q̄ q intellexerit de ente qḋ ē cōe. 10. ꝑdica/
mētis dicit ꝙ collocat̄ in qōnib⁹ generis. ⁊ q itellexit de
ente id qḋ inte ligit̄ de vō dixit q̄ collocatur in qōnibus
accñtis. eē ergo vno⁰ dicit ipm eſſe eēntie. ſiue ipſaȝ eēn/
tiam vel ipaȝ qditatē. ⁊ ſm H diuidit̄ ꝑ ſe in. 10. ꝑdicamē
ta: ⁊ tale eſſe eſt qḋ indicat̄ per diffinitionē cū dicit̄ ꝙ dif
finitio eſt oino indicans gd eſt eſſe. alio⁰ accipiat̄ eſſe pro
ipſo exiſtere rei in actu de quo locuti ſumus in qōne ꝑce/
denti: de quo hic phūs nō intendit loqui. tertio⁰ pōt acci
pi eſſe ꝓ habitudine predicati ad ſubiectū in qua habitu
dine cōſiſtit veritas ⁊ falſitas ꝓpōnis. ⁊ de tali eſſe hic lo
quitur phūs. qḋ pȝ. nam ipſe loquit̄ de eſſe qḋ oſtenditur
per demonſtrationem: qḋ eſſe diuidit̄ contra q̄ quid eſt.
qḋ oſtenditur per diffinitionē. cōſtat aūt ꝙ eſſe qḋ oſten/
ditur per demōſtrationē nō eſt exiſtere actuale rei. qḋ ꝑ
ſe ⁊ primo cōpetit particularibus. quoꝝ nō eſt ſciētia nec
diffō: vlibus autē non competit tale eſſe nec tale exiſtere
actuale niſi prout habent eſſe in particularibus. de hoc āt
eſſe loquit̄ ꝯmen. 7⁰ metaph. cū dicit. ꝙ quiditates rerū
nō ſunt entia niſi per eē reꝝ hntiū qditates. ſi ḡ talis eē ē
directe ipſoꝝ particulariū. hꝫ eē nō eſt illud qḋ ꝑ demſ̄ra

tionē oñdit̄. eſſe etiā hꝫ eſt ipſi⁹ rei incōplexe ꝑ demſ̄atio
nē. nō aūt oñdit̄ niſi qd ꝯplexū. eſſe ḡ qḋ ꝑ demſ̄ationē
oñdit̄ eſt eſſe cōplexi ⁊ eſſe ꝓpōnis. hꝫ aūt eē nihil aliud
eſt ꝙ̄ habitudo ꝑdicati ad ſubm. de hoc ḡ eē loquit̄ ph̄us
in ꝑncipio ꝑhyermenias. qui ait ꝙ eſt ſiue eſſe ſignificat
quādā ꝯponē quā ſine cōpoſitis nō eſt intelligere. pꝫ ḡ de
quo eē hic loquit̄ ph̄us. ¶ Ulterius dubitaret aliqs. vtꝝ
tale eē ſit idē qḋ rei ſuba. ¶ Dōm ꝙ eſſe qḋ eſt habitudo
ꝓpōnis in quo ꝯſiſtit veritas vel falſitas. imo veritas. qꝛ
falſitas ꝯſiſtit in nō eſſe. veritas aūt ꝯſiſtit in eſſe. cū ḡ eſt
habitudo eo mō quo ꝓnūciat̄ ꝓpoſitio eſt locutio vera.
cū aūt nō eſt talis habitudo eſt falſa. cū ḡ dicit̄ eſſe qḋ eſt
vel nō eſſe qḋ nō eſt. qꝛ ſic ꝓfert̄ habitudo vt termini ſe
hñt eſt locutio vera. ſi modis oppoſitis ꝓfert̄ eēt falſa. ta
lis. n. habitudo ⁊ tale eē nō eſt ipſa ſuba rei. vñ ⁊ ph̄us in
lib. perhyermenias ait loquēs de hoc eſſe. ꝙ neqꝫ. n. eē eſt
ſignū rei vel nō eſſe. eē ḡ vel nō eē ꝓpōnis nō ſunt ſignū
rei qꝛ nō dicūt q̄ditatē vel eſſentiā alicuius ꝑdicamenti.
ſed ſolū dicūt habitudines ꝑdicamētoꝝ adinuicē. bene ḡ
facit ꝯmē. ꝙ hoc qḋ intelligit̄ de vero vel de habitudine
ꝑdicati ad ſubm dixit pertinere ad qōnē de accidente. qꝛ
hec habitudo eſt minus ꝙ̄ accidēs. nā accidēs aliquā reꝫ
dicit. aliquā eſſentiā nominat. vel aliquā q̄ditatē dicit. ſꝫ
hꝫ habitudo ſiue hꝫ eſſe nulli⁹ rei ſignū eſt. nec eſt hoc ſic
intelligendum ꝙ queſtio de hꝫ habitudine collocet̄ ſub
qōnibus de accidente. qꝛ omnis talis habitudo ſit per ac
cidens aliquādo. n. tales habitudines cōſequunt̄ res ſm
ſe. ⁊ tunc ſunt per ſe. aliqñ nō ſm ſe. ⁊ tunc ſunt per accñs
nō ergo tales habitudines collocantur ſub queſtionibus
accñtis ꝙ oēs ſint per accñs. ſed ipſe ſm ſe nullam ſubaꝫ
dicunt nec aliquā eſſentiā. nec aliquā quiditateꝫ. vñ ſunt
minus ꝙ̄ accñs. ¶ Ulterius forte dubitaret aliquis. da
to ꝙ hꝫ eſſe quod dicit veritatem ꝓpoſitionis nō ſit ali
qua eſſentia nec aliqua ſubſtantia. ⁊ ſit minus ꝙ̄ accidēs
quō differt ab accñte. ¶ Dōm ꝙ hꝫ habitudines nihil
dicunt niſi reſpectū rei ad rem. nō reſpectum qui ſit rela
tio ſm eſſe. ſed reſpectū qui eſt relatio ſm dici. ideo hꝫ eē
in nullo ꝑdicamento eſt ſm ſe. ſꝫ ſolū eſt aliquid ꝯñs reꝫ
ꝑdicamentoꝝ. vt ex eo ꝙ talis res eſt in tali predicamen
to ⁊ in tali ſpecie. ex hoc habet habitudinem ad talia ⁊ ad
talia. ⁊ ex hoc poſſunt de ea talia ⁊ talia verificari. vnde
talis reſpectus. ⁊ talis habitudo ſiue tale eē minus hꝫ de
eſſe ꝙ̄ vera relatio. ⁊ ꝙ̄ relatio ſm eſſe. cū ergo dicat cō
mē. in. 12°. in illo cap. Utrū ſunt eadē ꝑncipia ſubſtantie
⁊ accñtis ꝙ vera relatio habeat minimū de eē. iſtud eſſe
qḋ habet minus de eſſe ꝙ̄ relatio hebit minus de eſſe ꝙ̄
minimuꝫ de eſſe. Ex hoc ergo ſequitur ꝙ ipm ſm ſe nihil
ſit. bene ergo dixit ph̄us in ꝑhyermenias loquens de hoc
eſſe. ꝙ ſi hoc ipm eſſe purū dixeris ipſum q̄dē nihil eſt. di
camus ergo ꝙ eſſe qḋ dicit veritatē ꝓpoſitionis: nullam
quiditatē dicit. ⁊ ſm ſe nihil eſt. differentia ergo inter hoc
eſſe ⁊ accñs eſt qꝛ nomen cuiuſlibet accñtis aliquid ſigni
ficat ⁊ eſt ſignū alicuius. iſtud auteꝫ eſſe nihil ſignificat.
nō eſt. n. aliquid ſignificatū. ſꝫ eſt quedā ꝯditio ꝯñs ſigni
ficatū. ⁊ qꝛ nihil ſignificat hꝫ eſſe. ſed ſoluꝫ exprimit mo
dum ſignificādi. ideo ipſum ſm ſe nihil eſt. vnde ph̄us in
eiſdem ꝑhyermenias cū ꝑus dixiſſet. ꝙ ſi hoc ipm eſſe pu
rum dixeris ipm q̄dē nihil eſt. ſtatim q̄ſi aſſignās huius
dicti cām ſubiungit. cōſignificat. n. quādam compoſitio
nem. hec eſt. n. cauſa quare tale eſſe ſm ſe nihil eſt. qꝛ ſm
ſe nihil ſignificat. ſꝫ ſolū cōſignificat. exprimit. n. quēdā
modū ſignificādi. cuius aūt ſit cōditio tale eſſe dici dꝫ ꝙ
eſt ꝯditio predicati. nā iſte modus iſtius habitudinis que
exprimit̄ per eſſe. nō eſt niſi qdā modus inherētie vt acci
piat̄ inherentia ſm ꝙ pōt competere cuilibet predicato.
Inherentia aūt nō eſt ꝯditio ſubiecti. ſed ꝑdicati. vñ tale
eſſe ſemꝑ eſt nota. i. ſemꝑ eſt cōditio eoꝝ q̄ de altero ꝑdi
cantur. ¶ Ulterius dubitaret forte aliqs. vtrū ſi tale eē
eſſet ſubſtātia. ꝯñs eſſet ꝙ ens eſſet genus. ¶ Dōm ꝙ ſi
tale eſſe eſſet ſubſtātia: eſſet ſubſtātia alicuius. qꝛ eēt ſub
ſtātia ſubiecti. nam cū ꝑdicatū dicat aliquid in ſubiecto. ⁊
dicat aliqd alicuius. vt aliquid ſubiecti. ſi ꝑdicatū eſt ſub
ſtātia. oꝫ ꝙ ſit ſubſtātia alicuius. ⁊ qꝛ ipm eſſe qḋ eſt ſub
ſtātia ꝑdicati. ſi ergo ipm eſſe eēt ſubſtātia vel eēntia ali
qua. eſſet ſubſtātia vel eſſentia alicuius vt ſubiecti. vnde
vna tranſlatio hꝫ ꝙ eſſe eſt nō nulla ſuba. ſuꝑabundat ibi
negatio. alia aūt trāſlatio hꝫ ꝙ eſt nulli ſuba. nam idem
eſt vnum ꝙ aliud. poſſumus ⁊ hoc breuiter declarare. qꝛ
ſi eſſe eſſet ſuba. i. eēt aliq̄ q̄ditas ⁊ aliq̄ eēntia. ita q· ideꝫ
eſſet eſſe qḋ qḋ qd eſt. qꝛ hoc vult improbare ph̄us ꝙ nō
ſit idē cum quiditas ſemꝑ dicat aliqd in alio. ſi eſſe eſſet
quiditas vel eēntia aliqua. eſſet q̄ditas ⁊ eēntia alicuius
rei. hoc viſo dicamus ꝙ ſi eſſe qḋ dicit veritatem ꝓpoſi
tionis. vel qḋ dicit eſſe ꝑdicati in ſubō eſſet ſuba. tūc qḋli
bet ꝑdicatū quod poſſet v̄ificari de aliquo ſubō ꝑtineret
ad ſubam ſubiecti. nam ſi ipſa habitudo q̄ nullius rei ſi
gnū eſt. ſꝫ eſt conditio ꝑdicati eſſet qḋ qd rei. multo ma
gis ⁊ ipſum predicatū eſſet qḋ qd ꝑtinens ad ſubam rei. ⁊
qꝛ oīa ꝑdicata poſſunt verificari de ſuba alicuius rei oīa
predicata pertinere poſſent ad ſubam ⁊ ad eſſentiā rei. ſꝫ
quecunqꝫ ꝑtinent ad ſubam vel ad eēntiā eiuſdē de ne
ceſſitate ſunt in eodē gñe. oīa ergo predicata nō facerent
niſi vnū genus. ⁊ ſi oīa ꝑdicata eſſent vnius generis. illud
qḋ ꝑdicat̄ poſitiue de oībus ꝑdicatis eſſet genus. hꝫ āt eſt
ſolū ens. qḋ ſꝫ ſe ⁊ poſitiue ꝑdicat̄ de oībus ꝑdicatis. alia
āt trāſcēdentia nō ꝑdicant̄ poſitiue ſm ſe. nā veꝝ ꝑdicat̄
de oībus nō ſꝫ ſe ⁊ abſolute: ſꝫ in ꝯparatiōe ad intellectū
bonū in ꝯparatiōe ad appetitū. vnū āt nō ꝑdicat̄ poſitiue.
ſꝫ ꝑuatiue. poſito ḡ ꝙ eē qḋ dicit hitudinē ꝑdicati vel qḋ
dicit v̄itatē ꝓpōnis eſſet ſuba alicui ens eſſet genus. qḋ ē
incōueniēs. aliud eſt ḡ eē qḋ dicit v̄itatē ꝓpōnis: qḋ ꝯclu
dit demſ̄ratio. ⁊ aliud qḋ qd eſt. qḋ dicit ſubaꝫ ⁊ eēntiam
cuiuſlibet rei ꝙ manifeſtat diffō. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ꝙ vere ⁊ nunc faciunt ſcire. quid enim ſi
gnificat triangulus accipit geometra: qḋ autē
ſit equalitas demonſtrat.

¶ Adducit tertiā rōnē ſumptā ex his que videmus in ſciē
tys. d. ꝙ (v̄e ⁊ nūc). vꝫ. demſ̄rare eſſe ⁊ nō demſ̄rare qḋ qd
eſt (faciūt ſcire). q. d. ꝙ v̄e demſ̄ratiōes demſ̄rant eē. ⁊ qḋ
qd eſt nō demſ̄rant. ſꝫ ſupponūt. vñ ſubdit (qd. n. quidē ſi
gnificat triāgulus accipit). i. ſupponit (geometer. ꝙ aūt
q̄deꝫ eſt) ſꝫ. eq̄laterus (demſ̄rat) ſupponit ḡ geometer qd
ſignificet equilaterus. vel qd ſignificet ipſe triāgulus. ⁊ ex
diffōne triāguli ꝓbat ꝙ figura in quā ē reſolubilis pyra
mis eſt triāgulus. vel ſupponit diffōnē triāguli eq̄lateri. ⁊
ex diffōne ei⁹ ꝓbat ꝙ triāgulus collocatus ſuꝑ ſemidya
metro duoꝝ circuloꝝ eq̄liū ſe interſecantiū eſt eq̄later⁹.

¶ Quid igitur mōſtrabit diffiniēs: quid eſt vel
qꝛ eſt vt triangulū. Sciens itaqꝫ diffinitiōe ali
quis quid eſt: ſi eſt nō ſciet ſed impoſſibile.

¶ Poſtꝙ̄ ph̄s adduxit tres rōnes ꝙ demſ̄ratio nō demſ̄rat
qd ē. ſꝫ qꝛ ē. hic adducit ad hoc idē tres alias rōnes. dice
bat̄ ꝙ ſex rōnib⁹ ꝓbabat ph̄s ꝙ qḋ qd ē demſ̄rari nō pōt.
¶ Poſtꝙ̄ ergo adducte ſunt tres rōnes reſtat adducere
alias tres. dñt aūt he tres ſequētes a trib⁹ ꝑcedētib⁹: qꝛ ꝑ
cedētes directe ꝓbāt demſ̄rationē nō demſ̄rare qḋ qd ē. ſꝫ
he ſequētes nō ꝓbāt h̄ directe. ſꝫ indirecte. ꝓbāt. n. ꝙ dif
finitio ꝙ̄tū eſt de ſe. i. ꝑmo aſpectu vel gñalr ſumpta nō

eſt ipſius entis.nec oñdit rem eſſe.tūc ergo ſic poſſet for-
mari rō.ſicut ſe hꝫ diffō ad eē ⁊ ad q̄ꝛ eſt.ita ſe hꝫ demſ̄ra-
tio ad q̄d eſt.ſꝫ diffō q̄tū eſt de ſe nō eſt ipſi⁹ entis nec oſtē-
dit de re eē ⁊ q̄ꝛ eſt.ḡ nec demſ̄ratio oñdet de re q̄d eſt.tria
ḡ facit ſm q̄ tres rōnes adducit h̄ pbātes.ſcda ibi (Ma
nifeſtū aūt) tertia ibi.(Si igiꝛ) Dicit ḡ.(Diffiniēs q̄d ē
vel q̄ꝛ ē.vt triāgulū) .i. vt circa triāgulū (q̄d demſ̄rabit)
diffiniēs circa ipm̄.vtrū q̄d eſt.vel q̄ꝛ ē.vtrum demſ̄rabit
diffō ipm̄ q̄ꝛ ē.ita q̄ ſit diffō de neccitate ipſi⁹ entis. ⁊ ſub-
dit (ſciēs itaq̄ʒ aliq̄s diffōnē q̄d eſt.ſi eſt nō ſciet.ſꝫ h̄ im-
poſſe eſt).q.d.q̄ ſi diffō demſ̄raret q̄ꝛ ē ⁊ eſſet.q̄tū ē de ſe
ipſi⁹ entis ſeq̄ret̄ hoc impoſſe q̄ aliq̄s poſſet ſcire de re q̄d
eſt ⁊ ignorare ſi eſt qḋ ſu.negabat̄.¶ Dubitaret forte ali
q̄s.quō demſ̄ratio ſe hꝫ ad eſſe.¶ Dōm q̄ poſſum⁹ diſti-
guere triplex eē ad quoꝝ duo demſ̄ratio ſe hꝫ ꝑ ſe: ad ter-
tiū aūt per accñs.ad illa aūt duo eſſe ad q̄ demſ̄ratio dr̄ ſe
hr̄e per ſe: nō eodē mō ſe hꝫ per ſe ad illa.ſꝫ ad vnū illoꝝ
ſe hꝫ ꝑ ſe.q̄ꝛ ꝑ ſe p̄ſupponit.ad aliud aūt ſe hꝫ ꝑ ſe q̄ꝛ ipm̄
ꝑ ſe ↄcludit.Eſt aūt p̄mū eē rei ꝑ qḋ res ē in p̄dicamēto.
⁊ de h̄ eē poſſet itelligi qḋ Boet. dicit q̄ ſpēs eſt totū eſſe
idiuiduoꝝ.q̄ꝛ totū eē qḋ hn̄t idiuidua in p̄dicamēto.h̄ eſt
ꝑ ſpēm.tale.n.eē pōt cōpetere rei.ea nō exñte actualr̄. vt
nō exñte roſa in actu.veꝝ ē de ea q̄ ſit res p̄dicamēti.ſuf
ficit.n.de re q̄ ſit in ſe vl' in ſuis cāis ad h̄ q̄ de ipa poſſit
eē ſcia.ſi.n.res nullo mō eēt nullo mō de ea poſſet eē ſcia.ad
h̄ aūt q̄ de re ſit ſcia ſufficit q̄ q̄tū ē de ſe hēat habitudi
nes ad debitas ꝓprietates.⁊ ad debita p̄ncipia.ad hoc q̄
de ea poſſint formari v̄e ꝓpōnes. vñ ⁊ locutiōes hoium
h̄ deſignāt. ⁊ tradētes ſciaꝫ h̄ oñdūt.dñt.n.hoies loquē-
tes de roſa.⁊ etiā ph̄i ſi de roſa ſciam traderent hoc idem
dicerent. vꝫ.q̄ roſa eſt pulcherrimus floꝝ.qḋ dicentes
nō intenderent dr̄e q̄ roſa eēt actu vel nō eſſet. ſꝫ q̄ roſe
cōpetit per ſe hr̄e hitudinē ad tantā pulchritudineꝫ q̄ pul
chritudine excellat oēs flores. ⁊ de cinnamomo ſi de eo
traderet̄ ſcia diceret̄ q̄ eſt ſpēs ꝓficua dentibus qḋ dicē-
tes nō intenderent dr̄e cinamomū eſſe actu vel nō eē. ſꝫ
q̄ q̄tū eſt de ſe cōpetit ei hec ꝓprietas.hoc eſt ḡ eſſe rem
p̄dicamēti q̄ de ea poſſit eſſe ſcia vel q̄ hēat hitudinem
ad debita p̄ncipia ⁊ ad debitas proprietates.ad tale autē
eſſe ſufficit q̄ res ſit in ſuis cauſis.q̄ꝛ ſi eſt in ſuis cāis.cuꝫ
ſcire ſit ꝑ cām de ea poterit eē ſcia. Rurſus eo ipſo q̄ res
eſt in ſuis cāis q̄tū eſt de ſe dicit aliqḋ determinatuꝫ ad
certā ſpēꝫ.⁊ per ↄñs q̄tū ē de ſe ab ea ſunt apte nate flue-
re debite ꝓprietates.ergo qḋ hꝫ tale eſſe.vꝫ.in ſuis cāis ē
res predicamēti ⁊ de eo pōt eſſe ſcia ⁊ de eo pñt formari
ꝓpōnes vere.q̄ꝛ q̄tū eſt de ſe iportat habitudinē ad dbi-
ta p̄ncipia.⁊ ad debitas proprietates. tale aūt eſſe demſ̄ra
tio p̄ſupponit.cū ergo dr̄ q̄ demſ̄ratio nō eſt niſi entium.
nō eſt intelligendū de entib⁹ in actu tm̄. ſꝫ de entibus in
ſuis cāis vel de his que ſunt res p̄dicamētoꝝ.in q̄ p̄dica-
mēta per ſe diuidit̄ ens.Eſt aūt 2m eſſe rei qḋ dicit v̄itatē
ꝓpōnis ⁊ tale eſſe p̄ſupponit p̄mū eſſe:p̄mo.n.intelligit̄
q̄ aliq̄d ſit res p̄dicamenti.⁊ q̄ hēat hitudines ad debita
p̄ncipia.⁊ ad debitas ꝓprietates.⁊ poſtea de tali re formē-
tur ꝓpōnes vere. ꝓpō ergo v̄a explicat illas habitudines
q̄s res hꝫ.tale aūt eſſe qḋ dic̄ veritatē ꝓpōnis demſ̄ratio
ↄcludit intelligit̄ ergo q̄ demſ̄ratio ſit iter duplex eē.vꝫ.
inter eē p̄dicamenti ⁊ eē qḋ dic̄ v̄itatē ꝓpōnis.quoꝝ vnū
p̄ſupponit.⁊ aliud ↄcludit.tertium aūt eē eſt eſſe actuale
rei.hoc aūt ꝑ accñs ſe hꝫ ad demſ̄ratione.pbat.n.demſ̄ra-
tor q̄ triāgulus hꝫ tres: q̄ꝛ ē figura plana ⁊c̄. ⁊ forte nihil
tale eſt in actu.q̄ꝛ forte nihil ē oīno planuꝫ vel nihil oīno
rectū.pōt ergo fieri demſ̄ratio de re nō hn̄te actuale eſſe.
¶ Ulterius forte dubitaret aliq̄s.vtrū diffō q̄tū ē de ſe
oſtēdat rē eſſe. ¶ Dōm q̄ diffō ḡnaliter ſumpta q̄tū eſt
de ſe nō dicit niſi ſignificatū nōis vel q̄d eſt qḋ dr̄ per no-
men.vñ ⁊ in 4° meta.ſm trāſlationē ↄmē.dr̄ q̄ rō quaꝫ
ſignificat nomē eſt diffō.ſi ḡ hec eſt rō tragelaphi aīal cō
poſitū ex hirco ⁊ ceruo hec eſt rō q̄d nōis tm̄. eo q̄ trage-
laphus eſt figmētū.ſꝫ ſi tragelaphus eſſet res p̄dicamētī
iſtā eādē rōnē hr̄et.⁊ tūc hec rō eſſet q̄d rei.nūc aūt eſt q̄d
nōis tm̄.⁊ qḋ dcm̄ eſt de figmēto ſi fieret res.h̄ idē eēt de
re ſi poſſet fieri figmentū.vñ ſi hec eſt rō hoīs aīal bipes
hoīs rō ē q̄d rei.eo q̄ hō eſt res p̄dicamenti.ſꝫ ſi eēt poſſe q̄
hō fieret figmētū.eādē rōnē hr̄et ſi hoīs rō q̄ nūc eſt q̄d rei
tūc eſſet q̄d nōis tm̄.per diffōnem ḡ p̄mo inoteſcit nobis
q̄tū eſt de ſe.i.p̄mo aſpectu vel ḡnaliter ſumptā q̄d ſigni-
ficat̄ per nomē.poſtea ad nos ſpectat ↄſiderare vtrū eſt.
qḋ ſic ſignificat̄ poſſit eē in reꝝ nā vel nō. ſi ḡ res ignota
deſcribit̄ nobis per diffōnē.p̄ intelligimus per diffōnē il-
lā q̄d nōis.⁊ poſtea in nobis ipſis poſſumus cogitare.vtꝝ
illud q̄d nōis ſit q̄d rei.ꝑꝑ qḋ dicet̄ in ſequēti rōne q̄ cuꝫ
diffō dicit de aliquo q̄d eſt.nō dicit de illo q̄ꝛ eſt:eo q̄ ad
huc reſtat q̄rere ꝑꝑ q̄d.cū.n.aliq̄d ignotū nobis deſcribit̄
q̄d ſit:adhuc reſtat in nobis ipſis cogitare vtꝝ illud q̄d ſit
ꝑꝑ q̄d.i.ſit cā ipſius eſſe rei.nā qḋ eſt quid nōis tm̄.nō eſt
ꝓpter q̄d.q̄ꝛ nō eſt cā alicuius eſſe.ſed ideꝫ qḋ eſt q̄d rei.
ita eſt q̄d q̄ eſt ꝓpter quid.q̄ꝛ eſt id ꝓpter q̄d res eſt diffō
ergo q̄tū eſt de ſe non oſtēdit rem eſſe.¶ Ulterius forte
dubitaret aliq̄s.vtrū aliq̄ diffō oſtēdat rem eſſe.¶ Dōꝫ
q̄ nulla diffō oſtēdit rē eſſe ſm ſe ſumpta.diffō.n.pōt ſu-
mi duplr̄.primo ḡnaliter.vꝫ.vt cōīter accipit̄. ſiue dicat̄
q̄d nōis.ſiue q̄d rei.⁊ tūc certū eſt q̄ diffō ſic ſumpta non
oſtēdit rē eſſe.cū talis diffō poſſit eſſe nō entis. 2° pōt ſu-
mi diffō ſpāliter.vt dicit q̄d rei tm̄.⁊ ſic nō oſtēdit rē eſſe.
ſꝫ p̄ſupponit.diffō.n.que dicit q̄d rei p̄ſupponit de re q̄ꝛ ē
⁊ oſtēdit de ea q̄d ē. nūq̄ꝫ.n. poſſumus ſcire de diffōne q̄
ſit q̄d rei.niſi p̄us ſciam⁹ rem ipam eē.ſi ḡ diffinit̄ nobis
res nota quā ſcimus eſſe.ſcimus diffōneꝫ illā eſſe q̄d rei.
q̄ꝛ ſcimus rē illā eſſe.ſi āt diffiniat̄ nobis rē ignotā quam
neſcimus eſſe.diffō illa faciet nos ſcire q̄d nōis. ſꝫ poſtq̄
ſciuerimus q̄d nōis ⁊ q̄d importat̄ per nomen poterim⁹
cogitare vtrū illud tale ſit in rerū nā. donec autē ſciueri-
mus.vtrū illud tale ſit in rerū natura neſciem⁹ vtrū illa
diffinitio ſit q̄d rei vel quid nōis tm̄.ſi aūt qḋ diffinimus
ſit ignotū diffinitio data erit faciens ſcire ſolū quid nōis.
ſi aūt inoteſcat nobis q̄ illud diffinitū ſit figmētū.tūc il-
la diffō nō erit quid nōis quocūq̄ʒ mō.ſed erit nōis tm̄ ſi
v̄o nobis inoteſcat q̄ ſit res p̄dicamēti. tūc ſciemus q̄ il-
la diffō eſt q̄d rei.anteq̄ꝫ aūt ſciamus rem eſſe neſciem⁹
diffōnem datā eſſe q̄d rei. nulla ḡ diffinitio oñdit rē eſſe.
nam diffinitio ſumpta generaliter nec oſtendit rem eſſe
nec ſupponit.ſumpta aūt ſpālr̄ vt dicit q̄d rei nō oñdit ſꝫ
ſupponit.diffō ḡ ḡnaliter ſumpta non dicit rē eſſe.qḋ q̄ꝛ
ſit pꝫ:q̄ꝛ generalr̄ ſumpta extēdit ſe ad diffōnē dicētē q̄d
nōis q̄ pōt eſſe nō entiū. Rurſus etiā diffinitio dicens q̄d
rei p̄mo aſpectu non indicat rē eſſe.qḋ q̄ꝛ ſit in p̄ma du-
bitatione illius lectiōis.diffō aūt q̄m ⁊c̄.plenius dicet̄.ꝑ
dubitabilia.n.illius lectiōis multa q̄ in hac lectiōe dicun-
tur manifeſta erūt.¶ Ulterius forte dubitaret aliq̄s.vñ
ſequat̄ ↄñtia ph̄i.q̄ ſi diffō demſ̄raret vel oñderet q̄ꝛ eſt.
q̄ poſſemus de re ſcire q̄d eſt ignorādo ſi eſt.¶ Dōꝫ ē q̄
ſi diffinitio q̄tū eſt de ſe oñderet rē eſſe nō eſſet diffinitio
niſi entis.⁊ nulla eſſet diffinitio q̄ nō diceret quid rei.quo
poſito data diffinitione de aliquo non oporteret nos inue-
ſtigare vtrum illud ſit vel non ſit.ante ergo q̄ꝫ inueſtiga-
remus illā rem eſſe:ſciremus diffinitionē illā eſſe q̄d rei.
hac ergo ypotheſi ſtante poſſemus ſcire de diffinitiōe q̄
eſſet quid rei.⁊ tamen ignorarem⁹ ſi illa res eſſet qḋ eſt
impoſſibile.diffinitio ergo quātum eſt de ſe non oſtendit

rem eſſe. tūc ğ ſuppleđa eſt rō phi. ꝙ ſicut diffinitio ſe hꝫ ad eē vel ad ꝗ eſt: ita demr̃atio ſe hꝫ ad qd eſt. ſed diffō quātū eſt de ſe nō oſtēdit eſſe. ſꝫ ſi ſit qd rei pſupponit reꝫ eſſe. ğ ꝛ demr̃atio nō oñdit qd res ſit ſꝫ pſupponit. ℭ Ulterius forte dubitaret aliqs. vtruꝫ ſit idē eē. qꝺ pſupponit diffō dicēs qd rei. ꝛ qꝺ ꝯcludit demonſtratio. ℭ Dōm ꝙ vnū ꝛ idē eē ſupponit ꝛ ꝯcludit demōſtratio. alr tamē ꝛ alr. nā in generali tale eē ſupponit. in ſpāli aūt tale eē cōcludit ꝛ demr̃at. ſupponit. n. demr̃atio ꝙ res illa de ꝗ dꝫ aliqd demōſtrari ꝙ ſit res pdicamenti ꝙ habeat habitudines ad aliquas ꝓprietates. ꝛ poſtea cōcludit ſpāliter ꝙ hꝫ habitudinē ad hanc ꝓprietatē. habitudinē aūt pdicati ad ſubm qꝺ eſt eſſe in quo fundaṫ veritas ꝓpōnis ſupponit demr̃atio in generali ꝛ in cōmuni. ꝗ nō eſt demōſtratio. niſi entis hn̄tis talem habitudinē. hꝰ ergo habitudo que ante oēm demōſtrationē preſupponiṫ: poſtea per demōſtrationē explicaṫ. vel poſſumus dicere ꝙ demr̃atio pſupponit rem eſſe ſm ſe ꝛ maxime rē ſubiectā. ꝗ de ſubiecto opꝫ pſupponere ꝗ eſt. pſupponendo aūt rē eſſe. pſupponit de ea ꝙ hēat habitudines ad aliqͣs ꝓprietates poſtea hꝰ habitudines ꝗles ſint. ꝛ quaꝝ ꝓprietatū ſint cōcludit. ſic ꝛ diffō dicens qd rei pſupponit rem eſſe. ꝛ pſupponit eā hr̄e aliqͣs habitudines ad aliqͣs proprietates. ſed quaꝝ ꝓprietatū ſint ille habitudines nō opꝫ ꝙ hꝰ diffinitio dicens qd rei ſupponat. ergo nō eſt idē eſſe qꝺ diffinitio dicens qd rei ſupponit ꝛ demr̃atio ꝯcludiṫ. vel ſi ē idē nō eſt eodē mō ſumptū. nam eſſe qꝺ pſupponit diffinitio eſt eſſe rei ſm ſe eſſe aūt qꝺ ꝯcludit demr̃atio eſt eſſe cuiuſdaꝫ habitudinis ad ꝓprietates. vel ſi diffō pſupponit eſſe huiꝰ habitudinis hoc eſt in ꝗdā ꝯfuſione ꝛ in quadaꝫ gn̄alitate. pſupponit. n. diffinitio ſi ſit qd rei ꝙ in ſubiecto ſit habitudo ad aliquas ꝓprietates. demr̃atio cōcludit ꝛ explicat aliquas ꝓprietates. ℭ Deinde cū dicit.

ℭ Manifeſtum aūt ꝛ ſcđm nunc modos terminorꝫ qꝺ quid nō demōſtrant diffinientes ꝗ ē. Si enim ē ex medio aliquid equale. ſed ꝓpter quid eſt qꝺ diffiniṫ. ꝛ propter quid ē circulus erit enim vtiqꝫ ꝛ mōtis enei dicere eſſe ipſam: neqꝫ ꝙ poſſibile ſit eſſe qꝺ diciṫ cum ſignificāt termini. neqꝫ ꝓpter illud eſt cuius aiunt eē diffinitiones. ſed ſemꝑ lꝫ dicere ꝓpter quid.

ℭ Adducit ſcđaꝫ rōnē. ꝙ diffō nō oñdat rem eē. d. (Manifeſtū eſt aūt. ꝛ ſm nūc dictos modos terminorꝝ) i. ſm modos diffōnuꝫ ꝗ nunc danṫ manifeſtū eſt. n. ſm tales diffōnes datas ꝙ (diffinientes qꝺ qd ē nō demr̃ant ꝗ ē) ꝛ ſubdit (ſi. n. eſt ex medio aliqd eq̄le) i. ſi iſta diffō circuli ꝙ equalr ſit ex medio. i. ꝙ equalr ſe hēat ad centruꝫ ſic ſciēdo diffōnē circuli neſcimus circulū eſſe. (ſꝫ ꝑꝑ qd eſt qꝺ diffiniṫ. ꝛ ꝑꝑ qd eſt circulus) ſu. reſtat iueſtigare. q. d. ꝙ poſtꝗ̄ ſcimus diffinitionē circuli adhuc neſcimus circulū eſſe. ſꝫ adhuc reſtat iueſtigare ꝑꝑ qd. i. cām an ſit circulus. ꝛ ſubdit. ꝙ (eſſet. n. vtiqꝫ ꝛ mōtis enei dr̃e ipſam) ſ. diffōnem. ꝛ ꝗ ſic eſt (nec. n. ꝙ poſſe ſit eē qꝺ diffiniṫ. iō aſſignant) vel vt hꝫ alia lr̃a (ſignāt termini) i. diffinitiones (neqꝫ) ſu. ſignāt ꝛ oñdunt diffōnes ꝗ (illud eſt cuius debēt eē diffōnes. ſꝫ ſꝑ lꝫ dicere. ꝑꝑ qd) i. ſemꝑ lꝫ ꝗrere cām an ſit illud qꝺ eſt diffinitū. q. d. ꝙ diffōnes ꝗ̄tū ē de ſe nō dn̄t niſi ꝙ ſignificat nomē. vn̄ nō dicunt ꝙ res poſſit eſſe. nec qꝺ res ſit. tunc ğ eſt ſuppleđa rō. ꝙ cū demr̃atio ſic ſe hēat ad qꝺ qd eſt. ſic diffō ad eſſe. ꝛ ad ꝗ eſt. cuꝫ diffō nō oſtēdat de re eē. vel ꝗ eſt: nec demr̃atio ꝯcludet de re qd eſt. ℭ Notādū aūt. ꝙ ſupra diximus. ſi res diffinita eſſet qd ignotū ſciēdo diffōnē nō ſtatiꝫ rē ipaꝫ ſciremus. ſꝫ adhuc oporteret iueſtigare. vtꝝ tale qꝺ diffinitū ē ſit res pdicamēti. vn̄ ſi circulus eēt nobis ignotꝰ ꝛ diceret ꝙ circulus eq̄liter eſt ꝙ reſpicit mediū ſiue cētrū. nō ꝑꝑ hoc ſciremus circulū eſſe. nā ꝛ de mōte eneo poſſet dici. qd eſt mons eneus. ꝛ ſciēdo quid mōtis enei. vel rōnē eius. nō ꝑꝑ hoc talis mōs eſſet. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Si ergo diffiniēs demōſtrat: aut quid ē: aut quid ſignificat nomē. ſed nō eſt vllo mō ipſius quid eſt. erit vtiqꝫ diffinitio ꝛ ratio nominis idem ſignificans. ſed incōueniēs eſt.

ℭ Adducit tertiā rōnē. ꝗ eſt cōparādo rōnes pores. Circa qꝺ duo facit. ſm ꝙ dem̄ ē. zº qꝺdā qꝺ ſupponit ꝓbat. ibi. (Primū qdē) Dicit ergo (Si ğ diffiniēs demr̃at. aut qd eſt. aut qd ſignificet nomen) i. ſi diffō ſe hꝫ gn̄alr. ꝛ cōiter ad qd rei. ꝛ ad qd nois (nō eſt vllo mō eius qꝺ qd ē) i. entis ſu. diffō. q. d. ꝙ per diffinitionē nō poſſumus hr̄e vllo mō. ꝙ diffinituꝫ ſit ens. ꝛ ſubdit (erit itaqꝫ diffō) ſu. rei (ꝛ rō nois idē ſignificans. ſꝫ incōueniēs eſt) ſ. ꝙ ideꝫ ſignificet. q. d. ꝙ ſi diffō eſſet eius qꝺ qd ē. qꝺ eſt aliqd. i. qꝺ eſt ens vel qꝺ idē eſt ſi diffō ꝗ̄tū eſt de ſe oñderet reꝫ eſſe ſequereṫ hoc incōueniēs ꝙ ōis diffō diceret qd rei ꝛ ꝙ idē eſſet diffō dicēs qd rei. ꝛ qd nois. qꝺ ē incōueniēs. diffō ergo nō oſtēdit rē eſſe. tūc ē ſuppleđa rō ꝙ ergo nec demr̃atio oñdit qd res eſt. hꝫ. n. ſe quodāmō diffō ad ꝗ eſt ſicut demr̃atio ad qd eſt. ℭ Notādū aūt ꝙ qñ mediū eſt in plus ꝗ̄ id qꝺ oñdiṫ nullo mō de neceſſitate oñdit illō. ſꝫ ſi oñdit. hoc eſt ꝯtingēter. vt ſi aial eſt in plus ꝗ̄ hō nullo modo per aial eē poſſet de neceſſitate ꝯcludere hoiēꝫ eē. ſic ꝗ diffinitio ſumpta generalr. nō ſolum eſt eius qꝺ eſt qd. i. qꝺ eſt aliqd. ſꝫ etiaꝫ eſt eius qꝺ ſignificat nomē. ꝗ ğ ſic ē. ꝗ diffō ſe hꝫ ſic generalr ꝙ vel demr̃at id qꝺ eſt qd. i. qꝺ eſt aliquid. ꝛ qꝺ hꝫ qditatem. vel id qꝺ ſignificat nomen: nullo mō poſſumus dicere ꝙ diffinitio ſit de neceſſitate quedam manifeſtatio eius qꝺ eſt quid. ſiue eius qꝺ hꝫ quiditatē. ꝛ qꝺ eſt ens. niſi forte diceremus ꝙ omē qꝺ ſignificaṫ per nomē eſſet quid. ꝛ ꝯſiter ens. ꝛ ꝙ ideꝫ eſſet ratio dicēs quid rei. ꝛ qd nois. qꝺ eſt incōueniēs. omnes ergo he tres rōnes hoc ꝓbāt. ꝙ ſicut ſe hꝫ diffinitio generaliter ſumpta ad qꝺ eſt vel ad eſſe. ſic demōſtratio ad qd eſt. ſed diffinitio generalr ſumpta nō oſtendit ꝗ eſt. ergo nec demōſtratio oñdit qd eſt. ℭ Deinde cū dicit.

ℭ Primuꝫ quidē. n. ꝛ nō ſubſtātiaꝝ vtiqꝫ eſſet ꝛ nō entiuꝫ. ſignificare. n. eſt ꝛ nō entia.

ℭ Probat qꝺ ſuppoſuerat. Circa qꝺ tria facit. ſꝫ qꝺ triplr oſtēdit ꝙ non eſt idem diffō dicens qd rei ꝛ qd nois. ſcđa ibi. (Amplius oēs.) tertia ibi. (Amplius nec vna ſcia.) Dicit ergo (Primū qdeꝫ) ſu. pꝫ ꝙ nō ſit idē qd nois ꝛ qd rei. vn̄ ſubdit. ꝙ (ꝛ nō ſubaꝝ eſſet) ſu. diffō ſicut ſubaruꝫ (ꝛ eoꝝ que nō ſunt) ſu. eſſet diffō. ſic eoꝝ ꝗ ſunt. ꝛ ſubdit ꝙ (eſt. n.) i. ꝯtigit (ſignificare) ſu. per nomen (ꝛ eaꝗ nō ſunt) q. d. ꝙ ſi eſſet idē quid rei ꝛ qd nois pmū ſeq̄reṫ hꝫ incōueniēs ꝙ ita eſſet diffō nō ſubaꝝ ſicut ſubarū: ꝛ non entium ſicut entium. ℭ Dubitaret forte aliqs. quō ſeqṫ hoc inconueniēs. ℭ Dōm ꝙ ita vno nomine ſignificaṫ accidēs. ſicut ꝛ ſubſtātia. quiditas tamē ꝛ diffō accidētis non eſt ita ſimplex ſicut diffinitio ſubſtantie. nomen. n. quo ſignificatur accidens non eſt compoſitum ex accn̄te ꝛ ſubſtantia. ſicut diffinitio qua diffiniṫ accn̄s eſt cōpoſita ex accn̄te ꝛ ſubſtantia. ſi ergo eodē mō eſſet loquendū de quid rei ꝛ de qd nominis eo mō quo aliqd hr̄et qd nominis. ꝛ eo mō quo poſſet noiari. eo mō hr̄et qd rei ꝛ eo modo poſſet diffiniri. ꝛ ꝗ ita vno noīe poſſet nominari ꝛ ſignificari accidēs ſicut ſubſtātia. ꝛ nō ens ſicut ens. hac

ğ ypotheſi ſtāte ita eēt diffō nō ſubaꝝ.i.accidētaliū ſicut ⁊ ſubāꝝ.⁊ nō entiū ſicut entiū.¶ Deinde cum dicit.

¶ **Amplius omnes rōnes: diffinitiones vtiq₃ erunt. Erit.n. vtiq₃ nomen ponere cuilibet rationi. quare terminos vtiq₃ colloquemur vel diſputātes oēs ⁊ ylias diffinitio vtiq₃ erit.**

¶ Adducit ad hoc ſcdam rōnē₃.d.(Ampli⁹ oēs rōnes).i. oēs rōcinatiōes.ſiue oēs ſermones ⁊ oēs cōfabulationes (diffōnes erunt)qđ pbat(eſſet.n.nomen vtiq₃ ponere) .i.imponere(cuilibet rōni).i.cuilibet rōcinatiōi.ſiue cōfabulatiōi.⁊ ſubdit.(q̄re vtiq₃ oēs terminos diſputam⁹) .i.oia q̄cūq₃ diſputam⁹ ſunt termini ⁊ diffōnes (⁊ ylias) .i.hyſtoria troiana(diffō ſit)vł(diffō erit)vt h₃ alia trāſlatio.¶ Notādū aūt φ quid nois eſt ratio explicans id qđ dr̄ per nomē.ſi ergo vni magne rōcinatōi ſiue vni magne cōfabulatiōi imponeret̄ vnū nomen ⁊ vocaret̄.a.rō explicans qd īportat̄ p illud nomen eēt tota illa ꝯfabulatio.ğ ſi idē eſſet qd rei ⁊ quid nois.vna tota confabulatio eſſet vera diffō.q₂ eſſet explicās qd nois.ſic etiā nunc diſputamus diſputationes.ſ₃ hoc poſito φ idē eſſet qd rei.⁊ qd nois nō diſputaremus niſi diffinitiōes.diſputaremus .n.oēs terminos.i.oēs diſputationes quas diſputaremus ꝯporteret eſſe diffōnes ⁊ terminos.nā cuilib₃ diſputatiōi poſſet imponi aliqđ nomē.⁊ q₂ rō illius nois īpoſiti eſſet tota illa diſputatio: ꝯueniens eſſet φ tota diſputatio eēt vere diffō.ſic ⁊ hyſtoria troiana eſſet diffō de ylias.nā rō hui⁹ nois ylias eſt tota illa hyſtoria magna troiana.ſeq̄retur ğ φ tota talis hyſtoria eſſet q̄dā diffō.nā ſi q̄reret̄ qd importaret̄ per hoc nomen ylias.rīderet̄ φ importat̄ φ hector ⁊ achilles ita ⁊ ita ſe habuerūt.ſic ⁊ ſic fuerit.tota ğ illa hyſtoria eſt rō hui⁹ nois ylias.⁊ p ꝯñs hac ypotheſi ſtāte tota eſſet ꝑpria diffinitio.¶ Deinde cū dicit.

¶ **Amplius nec vna ſcientia demonſtrat vtiq₃ φ hoc nomē eius quod quid eſt ſignificat. nec diffinitiones huius aſſignāt.**

¶ Adducit ad hoc tertiā rōnē₃.d.(Amplius nec vna ſciā demr̄at vtiq₃.q₂ hoc nomē ſignificet).i.ſignum ſit(eius qđ qd).i.eius qđ eſt qd vel qđ ē hoc aliqd.vñ alia lr̄a h₃ φ nulla ſcia demr̄at φ hoc nomē ſignificet hoc.⁊ ſubdit φ(nec diffōnes in ſciētys aſſignant hoc).i.nō multū curant hoc aſſignare.v₃.quid ſignificet nomē.¶ Notandū q̄ttuor dr̄ias eē inter qd nois ⁊ qd rei.ṗma eſt q₂ qd nois eſt ita accñtiū ſicut ſubaꝝ.ſcđa eſt q₂ eſt ita nō entiu₃ ſicut entium.qđ nō competit dr̄ie de qd rei.tertia dr̄ia ē q₂ qd nois eſt ita ꝯplexoꝝ ſicut incōplexoꝝ.qđ nō ꝯtingit dicere de qd rei.q₂ hois albi nō eſt diffō.vt pbat̄ in 7° meta. q̄rta dr̄ia eſt quātū ad intētionē ipſaꝝ ſciaꝝ.nā l₃ illa eadem diffō q̄ eſt qd rei de ipſo circulo ſit etiā quid nois circuli.geometer tñ dans talē diffōnē.nō dat eā vt per ipſa₃ habeamus ſciam de noie.ſ₃ de re.nō eſt ğ vłiter idem qd nois ⁊ qd rei.⁊ vbi eſt idē differt quātū ad intētionē ſcie. hoc ergo intēdit in hac vltima rōne.φ ſcie p diffōnes q̄s dant non demr̄ant.i.nō intendunt demr̄are qd nois.nec per h̄ diffōnes intēdūt ſcie dare notitiā de noibus.ſ₃ de rebus.nec diffōnes date in ſcia aſſignāt hoc.v₃.φ intendant dare notitiā de qd nois.¶ Deinde cum dicit.

qÕlibet.n.hoꝝ a quocũqꝫ incipias ſemper circulariter arguet. ❡ Dubitaret forte aliqˢ. vtrũ ↄtingat circulariter. ⁊ vr̃ ꝙ ſic per ea q̃ pħus hic ponit. nã ſi pluuia vapor ⁊ nubes ſe inferũt circulariter ſm eē. oꝫ ꝙ ſe inferãt circulariter ſm demr̃ationẽ. nã q̄ ſunt cãe in eēndo pñt optime eē cãe in arguẽdo. ❡ In ↄriũ eſt ꝙ ſi ↄtingeret circulariter demr̃are. tũc idẽ eēt pus ſeipo ⁊ noti⁹ ſeipo. q2 h̃ mõ oſtẽderet idẽ ꝑ ſeipm. ❡ Dõm ꝙ in cãis ꝑ ſe ĩpoſe eſt circulo demr̃are. ⁊ eq̃ potiſſime. naꝫ ĩpoſe eſt ꝙ aliq̃ duo ita ſe habeãt ꝙ eq̃ vnũ ſit cã alteri⁹. ſicut ecõuerſo. contingit.n. aliq̃ duo ſic ſe hr̃e ꝙ ꝑ ſe vnũ ẽ cã alteri⁹: ⁊ ecõuerſo. ſꝫ h̃ nõ eſt ſm idẽ gen⁹ cãe. vt potio eſt cã ſanitatis ⁊ ecõuerſo ſꝫ potio eſt cã ſanitatis i gñe cãe efficiẽtis ⁊ ſanitas eſt cã potionis in gñe cãe finalis. ⁊ q2 ſm ꝙ variat̃ gen⁹ cãe variat̃ demr̃atio nõ erit eq̃ potiſſima demr̃atio. arguere ſanitatẽ ex potiõe. ⁊ potionem ex ſanitate: imo ſi volumi⁹ recte loq h̃ nõ eſt circulatio. nõ.n. valet ſanitas eſt cã potionis. ⁊ potio ſanitatis. g̃ ſanitas eſt cã ſanitatis. q2 variatur ibi mediũ. ſi.n. ſic formaret̃ ſillus. qcqd eſt cã potiõis eſt cã ſanitatis. ſanitas autẽ eſt cã potionis. g̃ ⁊c̃. h̃ variat̃ mediũ ⁊ arguit̃ q̄ſi q̃ttuor terminis. nã nõ eodẽ mõ accipit̃ cã in maiori ⁊ in minori. nã cũ dr̃. qcqd eſt cã potiõis eſt cã ſanitatis. intelligit̃ in gñe cãe efficiẽtis. nã ꝑꝑ h̃ valet ꝙ qcqd eſt cã potiõis eſt cã ſanitatis. q2 potio eſt cã ſanitatis. g̃ oꝫ q᷑ cã potionis accipiat̃ eodẽ a quo potio ẽ cã ſanitatis. ſꝫ h̃ eſt in gñe cãe efficiẽtis. g̃ cã ſumpta in maiori ſupponit ꝓ cã efficiẽte. cũ vo in minori dr̃ ꝙ ſanitas eſt cã potiõis variat̃ ibi rõ cãe. q2 ſanitas nõ eſt cã potionis in gñe cãe efficiẽtis. ſꝫ finalis. In cãis g̃ ꝑ ſe nõ inuenit̃ circulatio. q2 nõ inueniunt̃ due ꝑ ſe cãe q̃ in eodẽ gñe cãe ſint ſibi inuicẽ cãe ſꝫ in cãis ꝑ accñs bñ reperit̃. vt pluuia eſt mã de q̃ fit vapor. vapor mã de q̃ fit nubes ⁊ nubes mã de qua fit pluuia ſm hoc g̃ pluuia eſt mã de q̃ fit pluuia. ſꝫ hoc eſt in cãis ꝑ accñs. nã pluuia nõ eſt mã de q̃ fit vapor loquẽdo ꝑ ſe. nã nullũ ens in actu ꝑ ſe ẽ mã. per accñs.n. eſt ꝙ ex ente in actu fiat ens. vt ꝓbat̃ p̊. phi. ⁊ in lib. de gñatiõe. ſꝫ ſi acciperet̃ cã mãlis per ſe vapor nõ eſſet mã pluuie nec ecõuerſo. ſꝫ mã vtriuſqꝫ ẽ ens in potentia cõe ad vtrũqꝫ. ſic aũt accipiẽdo cãm mãlẽ ꝑ ſe nõ inuenient⁹ ibi ↄuerſionẽ. nã h9 ens in potentia eſt mã pluuie. nõ aũt ecõuerſo. ſic ẽt eſt mã vaporis. nõ aũt econuerſo. ❡ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqˢ. vtrũ idẽ poſſit eſſe mã ſuppoſi⁹ loquẽdo de cã ꝑ accñs vt idem poſſit demr̃ari per ſeipm. ⁊ vr̃ ꝙ ſic. vt in exẽplo aſſumpto. nã pluuia eſt mã pluuie. ❡ Dõꝫ ꝙ nũqꝫ idẽ ẽ mã ſuppoſitus loquẽdo de eodẽ nũero q̃tũcũqꝫ accipiat̃ cã mãlis ꝑ accñs. vt ſi ex pluuia fit vapor. ex vapore nubes. ex nube pluuia. ⁊ ita ex pluuia pluuia. nõ ẽ eadẽ pluuia nũero ex q̃ fit vapor. ⁊ q̃ poſtea generat̃ ex nube fcã ex vapore. ex pluuia g̃ probat̃ pluuia. ſꝫ per hoc nõ ꝓbat̃ idẽ ꝑ idẽ. ſꝫ ꝑ pluuiã corruptã ꝓbat̃ pluuia gñata. corruptũ aũt ⁊ gñatum nõ ſunt idem nũero. nã vt dr̃ circa finẽ de gñatiõe quoꝝ ſuba deperit nõ redeũt eadẽ nũero. q̃tũcũqꝫ g̃ accipiat̃ cã ꝑ accñs mãlis nõ erit idẽ mã ſuppoſitus loquẽdo de identitate nũerali nec demr̃abit̃ circulariter idẽ per idẽ loquendo de tali idẽtitate. Rurſus idẽ nõ põt eſſe mã ſuppoſitus imediate q̃tũcũqꝫ accipiat̃ mã ꝑ accñs ⁊ q̃tũcũqꝫ accipiat̃ identitas nõ numeralis. non.n. ex aq̃ imediate gñabit̃ aq̃. ſꝫ ex aq̃ gñabit̃ aer. ⁊ rurſus ex aere poterit iterũ gñari aq̃. cuꝫ ergo dr̃ ꝙ idẽ põt eē mã ſuppoſitus. tria ſunt ibi notãda. pmo ꝙ hoc nõ põt eē ꝑ ſe. ſꝫ ꝑ accñs. 2° ꝙ idẽ nõ accipiat̃ ſm idẽtitatẽ nũeralẽ. q2 nũqꝫ ex eodem numero generabit̃ idẽ numero. q2 tũc corruptũ ⁊ gñatũ eēnt idẽ numero. ſꝫ oꝫ accipi idẽ ſm ſpẽm. 3° eſt attendẽdũ ꝙ hoc non põt fieri imediate. ſꝫ mediate. nunqꝫ.n. imediate ex aq̃ generabit̃ aq̃. q2 fruſtra ageret nã ſi aquã corrumperet ⁊ aqꝫ gñaret. ẽt mã exiſtẽs ſub forma aq̃ nõ põt appetere ꝙ expolier̃ illa forma vt induat̃ eadẽ forma. Eſt g̃ diligẽter notãdũ ꝙ h9 mediatio modica eſt in gñatiõe elemẽtoꝝ maior eſt gñatio in gñatiõe admixtoꝝ. ſꝫ multo maior eſt in gñatiõe mixtoꝝ. pñt aũt vocari admixta vapor nubes ⁊ talia. q̃ nõ ſũt perfecte mixta. modica eſt.n. talis mediatio in gñatiõe elemẽtoꝝ. nã ex aq̃ põt gñari aer. ⁊ ſtatim ex aere põt gñari aq̃. ita ꝙ ex aq̃ fit aqua mediãte aere. ſꝫ in gñatiõe admixtoꝝ talis mediatio ẽ maior. vt ex pluuia fit vapor. ſꝫ nõ ſtatim ex vapore fit pluuia. ſed pus opꝫ ꝙ fiat nubes. ⁊ ex nube pluuia mediãte vapore ⁊ nube. in mixtis aũt hec mediatio ẽ multo maior. fit.n. ex boue bos ꝑ multa media. q2 morit̃. putrefit. gñabit̃ inde herba. de q̃ comedit vacca. ex q̃ gñat̃ meſtruum. ex quo põt formari vitulus. vñ bos mortuus redit bos viuus. ſꝫ ꝑ multa media. vt declarari hꝫ in 8° metaphi. ❡ Ulteri⁹ forte dubitaret aliqˢ. vtrũ hec argumẽtatio circularis ꝑ accñs ꝙ ex pluuia fiat pluuia arguat aliqd ꝑ ſe. ❡ Dõm ꝙ circulatio in iſtis iferiorib⁹ tanqꝫ ꝓprius effect⁹ arguit eẽ circularẽ motũ celi tanqꝫ ꝓpriã cãm. nã ꝙ oia menſurent̃ ſua ꝑyodo. ⁊ ꝙ oia reuertant̃ ſꝫ circulũ. vt ꝙ ex boue mortuo fiat bos viuus. ⁊ ꝙ ex pluuia fiat pluuia. ⁊ ꝙ mã pus exiſtẽs ſub forma corrupta q̄ſi circulariter reuertat̃ ad eãdẽ formã. totũ ↄtingit ex circulatiõe motus celeſtis. vñ ⁊ pħs in 8° phy. motũ celi dicit eſſe vitã quãdã oĩbus ſubſiſtẽtib⁹ nãl.i. oĩbus entibus nãlibus. nam ſicut aĩa eſt vita corporis. q2 oẽs mot⁹ corporis vitales aut aĩales cãntur ex aĩa. ita motus celi eſt q̄ſi q̃dã vita in oĩbus entibus nãlibus. q2 oẽs motus nãles cãnt̃ ex illo motu. ꝑꝑ qd̃ in motibus nãlibus ⁊ potiſſime in generationibus ⁊ corruptiõibus rerũ oꝫ eſſe quendã circulũ cum oĩa iſta cauſent̃ ex motu circulari. ❡ Deinde cũ dicit.

❡ Sũt aũt q̃dã q̃ fiũt vlr̃. ſemp.n. q̃ ⁊ in omni: aut ſic ſe habent: aut fiunt. Alia vero ſemper q̃dẽ nõ: ſed ſicut frequẽter ſunt: vt non oĩs hõ maſculus barbat̃: ſed eſt ſicut freq̃nter. Taliũ igit̃ neceſſe eſt ⁊ medium: ſicut frequẽter eſſe.

❡ In parte iſta vt dicebat̃ agit de diuerſitate cãtoꝝ. ꝗut aliq̃ ſunt ſic ſꝑ. aliq̃ ſicut frequẽter. Circa qd̃ tria facit. q2 pmo ait aliq̃ eſſe ſꝑ. aliq̃ frequenter. ⁊ oſtẽdit qũo debeamus demr̃are ea q̃ ſunt frequẽter. d. q᷑ ad demr̃andũ talia nõ debemus accipe mediũ qd̃ fit ſemper. ſꝫ qd̃ fit frequenter. 2° qd̃ dixerat ꝓbat. 3° epilogat circa determinata. ſcda ibi (Si.n.a.de.b.) tertia ibi (Qũo igit̃ ſic) Dicit ergo. q᷑ (ſunt aũt quedã q̃ ſunt vlr̃ ⁊ ſemp. q̃ autẽ ⁊ in omni ſic ſe hñt aut fiunt. alia vo nõ ſemp quidẽ ſed ſicut frequenter fiunt. vt nõ oĩs homo maſculus barbat̃) vel vt hꝫ alia trãſlatio (barbatus efficit̃. ſed ſicut frequẽter) ⁊ eſt hoc vt in pluribus. ⁊ ſubdit ꝙ (talium igitur neceſſe eſt medium ſicut frequẽter eſſe) q.d. ꝙ ad demr̃andum talia que ſunt frequenter nõ debemus accipere mediuꝫ qd̃ fit ſemper. ſed ſicut frequenter. ❡ Dubitaret forte aliquis. vtrum poſſumus arguere demonſtratiue ex medio qd̃ fit frequẽter. ⁊ videt̃ ꝙ nõ. q2 demr̃atio ẽ ex neceſſarijs. neceſſaria aũt ſunt ſemp. g̃ ⁊c̃. ❡ Dõm ꝙ debemus q̄rere eundẽ modũ demr̃andi in nãlib⁹ ⁊ in mathematicis. nec in iſtis inferiorib⁹. ſꝫ in ſupceleſtibus. nã q2 mathematica ſunt certa in priori gradu certitudinis demõſtratiões mathematice ſunt per cãm infallibilẽ. ſed cauſe naturales poſſunt impediri ⁊ ideo nõ ſemper faciant effectus ſuos. vt ꝙ homo efficiatur barbatus videtur eſſe cauſa caliditatis. nam calidi eſt rarefacere. complexio autẽ ma-

gis rarefacta eſt magis poroſa. corpus ḡ maſculū eſt magis poroſuꝫ q̄ꝫ femineū. ⁊ ide opꝫ ꝙ ſit magis piloſum. qꝛ pori ſūt magis puri. vt poſſint ide exire pili. opꝫ ēt ex h ꝙ pili ſint groſſiores in maſculo q̄ꝫ in femina pp amplitudinē poroꝝ. ſꝫ hec cā pōt in aliquo īpediri. qꝛ plures ſūt maſculi barbati. arguemus ḡ ex cāis nālib⁹ ſuos effectus nō ꝙ ſp tales effect⁹ faciāt. ſꝫ ꝙ q̄ꝫtū eſt de ſe ſp ſunt apta nata tales effect⁹ facere. nec h eſt modicū ſi ſciuerim⁹ ḡ effectus ſūt apti nati eē ex qbus cāis. nō eſt ḡ tāta nec̄itas in nālib⁹ ſic in mathematicis: nec tāta nec̄itas in iſtis inferiorib⁹ q̄ꝫta in ſupcleſtibus. ibi. n. ſp ex cāis ſequunt̄ effectus. ſemp. n. ex īterpoſitiōe terre eclipſat̄ luna. ⁊ ſp ex interpōne lune ſol. nō aūt h ſp ex ſemine oliue gn̄at̄ oliua. qꝛ pōt eē corruptio in ſemine vel pōt ex aliq̄ cā īpediri ſemen. vt nō ꝑferat ſuū germen. ¶ Ulterius forte dubitaret aliqs. vtꝝ eodē mō poſſum⁹ demr̄atiue arguere in nālibus ⁊ in mathematicis. ¶ Dōm ꝙ cū mathe^{ce} cāe nō poſſint īpediri. nāles aūt pn̄t īpediri nō eodē mō arguendū eſt h ⁊ ibi. ſꝫ in mathematicis arguēdū ē ſimplr̄ ⁊ ſm actū. vt hꝫ angulū ḡ hꝫ tres. in nālib⁹ aūt ſm aptitudinē ⁊ ex ꝯditiōe. vt hꝫ talē cām. ḡ ē aptū natū hr̄e talē effectū vel ex tali cā nō īpedita ſequit̄ talis effect⁹. q̄dā ḡ nec̄itas eſt in nālib⁹ ipſis ex q̄dā aptitudine qꝛ q̄ꝫtū ē de ſe nāles cāe ſp ſunt apte nate niſi īpediant̄ ꝓducere ſuos effectus. Aliq̄ v̄o cāe ſūt vlr̄ q̄ꝫtū ad ſubta. ⁊ ſp q̄ꝫtū ad tp̄a. ita ꝙ tales cāe in omni ſic ſe hn̄t q̄ꝫtū ad vl̄itatē ſubtoꝝ q̄ ēt ſūt .ſ. in oī q̄ꝫtū ad vl̄itatē tempoꝝ. in quocūqꝫ. n. ſubto hēat eē cā q̄ nō pōt īpediri hꝫ eē effectum eius. ⁊ q̄ncūqꝫ hꝫ eſſe talis cā hꝫ eſſe effectus eius: in nālibus aūt cāis eo ꝙ pn̄t īpediri hn̄t tale eſſe ſꝫ aptitudinē. Qd̄ ergo obyciebat̄ in alia q̄ōne ꝙ demr̄atio eſt ex nec̄arijs pꝫ ꝙ in ipſis nālib⁹ eſt q̄dā nec̄itas cuiuſdā aptitudinis. ꝯcedim⁹ tn̄ ꝙ demōſtrationes per cauſas naturales habent quēdam defectū nec ſunt tāte certitudinis ſicut ſunt demōſtrationes mathematice. ¶ Aduertendum tn̄ ꝙ cum dicimus aliqua cāta eſſe ſemp ⁊ vlr̄. intelligendū ē p relōnem ad cām. vt eclipſis eſt ſemp qn̄ eſt ſua cā. ⁊ vniuerſaliter vbi eſt ſua cauſa. vn̄ ſi eſſent multe lune ⁊ īter omnes interponeret̄ terra in oībus eis eēt eclipſis. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Si. n. a. de. b. vl̄r ꝑdicat̄: ⁊. b. de. c. vlr̄ neceſſe eſt. a. de omni. c. ⁊ ſemp ꝑdicari. hoc. n. vlr̄ de omni ⁊ ſemp. ſed ſuppoſitum eſt ſicut frequenter eſſe. neceſſe ē ergo ⁊ mediū frequēter eſſe: qd̄ eſt in quo eſt. b. d. Erunt igit̄ ⁊ eorū que ſunt ſicut frequenter principia ſine medio q̄cunqꝫ frequēter ſic ſunt aut ſiunt.

¶ Probat qd̄ dixerat. dixerat. n. ꝙ in his q̄ ſunt frequēter oꝫ accipi mediū vt frequēter. qd̄ ꝓbat. d. (Si. n. a. ꝑdicetur de. b. vl̄r). i. maior extremitas de medio (⁊. b. de. c. vlr̄). i. mediū de minori extremitate (nec̄e ē ⁊. a. de. c. ſp ⁊ de omni ꝑdicari. hoc. n. eſt eē vlr̄). vꝫ. de omni ⁊ ſp. (ſꝫ ſuppoſitū eſt eē ſic frequēter). q. d. ꝙ ſi. a. de. c. eēt ſic frequēter oꝫ ꝙ mediū. b. accipiat̄ ſic frequēter. qꝛ ſi acciperet̄ ſic vlr̄ ⁊ ſp oporteret ꝙ ⁊. a. de. c. eēt ſic vlr̄ ⁊ ſp. qd̄ ē ꝯ ypotheſim ⁊ ꝯ illud qd̄ ſuppoſitū eſt. iō ſubdit ꝙ (nec̄e eſt ḡ ⁊ mediū qd̄ eſt in quo ē. b.). i. qd̄ ſignificat̄ p. b. (eē ſic frequēter) ⁊ ſubdit ꝙ (erūt igit̄ ⁊ eoꝝ q̄ ſunt frequēter ꝓncipia). i. cauſe (ſine medio) ⁊ proprie ⁊ īmediate (quecūqꝫ frequēter ſic ſunt) q̄ꝫtū ad ſubiecta (aut ſiūt) quātum ad tp̄a. q̄cūqꝫ ergo cāta ſunt frequēter hn̄t cāes q̄ ſunt frequēter q̄ꝫtū ad ſubiecta. vel q̄ ſiunt frequēter hn̄t cauſas que ſiunt frequēter quātū ad tp̄a. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Q̄uo igit̄ qd̄ ē ſit qd̄ qd eſt īter terminos aſſignatū eſt: ⁊ qualiter demonſtratio: aut diffinitio ſit ipſius aut nō: dcm̄ eſt prius.

¶ Epilogat circa determinata. d. (Q̄uo igit̄ ſiet qd̄ qd eſt īter terminos) ſꝫ. ſillogiſticos (aſſignatū ē). i. oñſuꝫ eſt. ⁊ ſubdit ꝙ (⁊ q̄liter demr̄atio aut diffō ſit ipſi⁹) qd̄ qd eſt (aut nō dcm̄ eſt pꝰus.) ¶ Notādū āt ꝙ ſic ſm ſingula generꝝ ꝯtingit demr̄are. ſic ſm ſingula genera cauſaꝝ contingit diffinire. vn̄ ⁊ in 8° meta. cōmēdant̄ diffōnes Ariſtarchi q̄ erāt ſm omne gen⁹ cāe. Aſſignare ergo q̄uo ſingula gn̄a cāꝝ pn̄t eſſe mediuꝫ in demr̄atiōe eſt aſſignare q̄uo qd̄ qd eſt ſiue q̄uo diffō ſꝫ omne gen⁹ cāe ſit tale mediū in demr̄atiōe. hoc eſt ergo qd̄ itendit in pͥma pte hui⁹ epilogi cū dicit ꝙ aſſignatū ē. i. oñſum q̄uo qd̄ qd ē. i. q̄uo diffō ſit inter terminos ſillogiſticos. i. ſit mediū ad ſillogiçādū. nā illud eſt mediū īter terminos ſillogiſticos qd̄ ē mediū ad ſillogiçādū. hoc. n. diffuſe dcm̄ eſt q̄uo qd̄ qd ē ſiue diffō ſit inter tales terminos vel ſit tale mediū. diffuſe dcm̄ eſt q̄uo ſingula genera cauſaꝝ pn̄t accipi inter tales terminos vel pn̄t accipi vt tale mediū ſꝫ q̄ ſingula genera cauſaꝝ formari pn̄t diffōnes ad demr̄andū. ¶ Notandū ēt ꝙ ſubaꝝ ꝓpe eſt diffō. ⁊ p ſe paſſionū ē demr̄atio. ex hoc aūt poſſumus exponere ſcdam ptē epilogi. vꝫ. ꝙ pꝫ p pͥus dicta q̄uo ipſius qd̄ qd eſt: eſt demr̄atio. ⁊ q̄uo nō. ⁊ quo eius eſt diffō ⁊ q̄uo nō. nā ipſi⁹ qd̄ qd eſt ſube nō eſt ꝓpe demr̄atio. ſꝫ diffō. ipſius aūt accn̄tis ē demr̄atio. vel poſſumus aliter dicere ꝙ ipſa eſſentia accn̄tis q̄ ſignificat̄ p qd̄ qd eſt ⁊ p diffōnē pōt cōſiderari dupliciter. vel vt eſt aliqd in ſe. ⁊ ſic ipſius qd̄ quid eſt accn̄tis vel ipſius eſſentie accn̄tis eſt diffō ipm. n. accn̄s ſꝫ ſe ⁊ in abſtracto diffinit̄. vel pōt ꝯſiderari ipm qd̄ qd eſt ſiue ipſa eſſentia accn̄tis in concreto. ⁊ vt aliqd in alio. ⁊ ſic demr̄at̄. pp qd̄ pꝫ q̄uo ipſius qd̄ qd eſt ⁊ ipſi⁹ eſſentie paſſiōis eſt diffō. ⁊ q̄uo nō. qꝛ ſm ſe ⁊ vt accipit̄ in abſtracto diffinit̄. vt autē accipit̄ cum alio nō diffinit̄. qꝛ hōis albi non eſt diffō. ſic etiā pꝫ q̄uo ipſius eſt demr̄atio. ⁊ q̄uo non. qꝛ ipſius ſm ſe nō eſt demr̄atio. eius aūt vt eſt in alio eſt demr̄atio.

Quomodo autē opꝫ venari in eo qd̄ qd eſt ꝑdicāria nūc dicamus.

¶ Dicebat̄ ſupra ꝙ circa qd̄ qd eſt duo ꝓncipalr̄ intēdebat ph̄s. pͥmo qd̄ ē q̄uo ſe hr̄et ad demr̄atiōeꝫ. 2° v̄o q̄uo poſſemus venari ⁊ inueſtigare qd̄ qd. pͥmo ergo declaratū eſt q̄uo qd̄ qd eſt ſe hēat ad demr̄ationē ⁊ ꝙ hoc intendebat̄ in ꝓcedēti parte ex epilogo īmediate habito vbi dr̄. aſſignatū eſt. i. oñſum ē q̄uo qd̄ qd ē ſit īter terminos ſillogiſticos. ⁊ q̄uo ipſi⁹ ſit demr̄atio. In hac āt pte intēdit de 2° ꝓncipali. vꝫ. q̄uo poſſumus venari ⁊ inueſtigare qd̄ qd eſt. pp qd̄ ſciēdū ꝙ ipm qd̄ qd eſt. eſt illud qd̄ p diffinitionē exprimit̄. ⁊ ēt hꝫ rōnē medij demr̄atiui. ⁊ rōnē cāe. qꝛ ſꝫ oē genus cāe pōt formari diffō. nō ḡ poſſemus ſufficiēter ſcire q̄uo ꝯtingit venari qd̄ qd eſt niſi ſcirem⁹ diffōnē venari. ⁊ niſi ſciremus venari q̄uo accipiendū ſit mediū. ⁊ cā ad demr̄andū. iō tria facit. qꝛ pͥmo dat arteꝫ q̄uo accipiēda ſit diffō ſubiecti. 2° q̄uo accipiēda ſit diffō paſſiōis. 3° docet inuenire mediū ⁊ cām ad demr̄andum paſſionē de ſubto. ſcda ibi (Quare aūt opꝫ itendentē) tertia ibi. (Ut habeamus aūt ꝓpoſita) Circa pͥmū duo facit. qꝛ pͥmo ꝯtinuat ſe ad dicēda. 2° exequit̄ de intētoibi. (Eorū igit̄ q̄ inſunt.) Dicit ergo (Q̄uo aūt oꝫ venari venantia). i. ducētia vel (ꝑdicātia) vt ſonat alia tranſlatio (in eo qd̄ qd eſt nunc dicemus) illud. n. per qd̄ ducimur ad aliqd pōt dici q̄ſi venās illō. vnde ⁊ canes venatici dicunt̄ eo ꝙ in ꝑdā nos ducūt. diffinientia dicant̄ eſſe venātia in eo qd̄ qd qꝛ ducunt nos in cognitionē qdditatis. ſm

tm̃ tráſlationẽ alıã nõ oꝫ nõs hic ſubtiliare. ſic.n. hꝫ alia trã
ſlatio. quo aũt oꝫ venari q̃ in eo ꝙ qd p̃dicant́ nũc dica/
mus ꝙ dcm̃ planũ ⁊ claꝝ hꝫ intellectũ. ℂ Deide cũ dic̃.

ℂ Eoꝝ igit̃ q̃ inſunt vnicuiqꝫ q̃daꝫ extẽdunt́ in
plus nõ tm̃ extra gen⁹: dico aũt in plus eẽ q̃cũqꝫ
gdeꝫ inſunt vnicuiqꝫ vlr̃. At vero ſꝫ aliȷ̃. vt.n.
aliqd qđ omni trinitati ineſt. ſed nõ omni trini
tati: ſicut qđ eſt. ineſt trinitati. ſꝫ nõ ⁊ numero.
ſꝫ ⁊ ipar ieſt omni trinitati: ⁊ in plus ẽ: ⁊ náqꝫ
ĩpis qnqꝫ ineſt ſꝫ nõ extra genus: qnqꝫ gdẽ.n.
numerus eſt: nullũ aũt extra numerũ impar ẽ.

ℂ Exeqnit̃ de intẽto. Propter qđ ſciendum ꝙ ars ad acci
piendũ diffõnẽ ſubiecti eſt duplex. vna q̃ ẽ bona ſimplr̃.
⁊ alia q̃ eſt bona in caſu. ars bona ſimplr̃ ẽ vt accipiat́ p/
ꝓpriũ gen⁹ ⁊ ꝓpria dr̃ia. ars aũt bona in caſu ẽ vt qn̄ igno/
rat́ ꝓpa dr̃ia ꝙ loco ꝓpe dr̃ie accipiant́ aliq̃ plura: quoꝝ
qđlibet ſe hẽat in plus ⁊ oĩa in eq̃. duo g̃ facit. qꝛ pmo dat
artẽ diffiniẽdi ſubꝫ q̃ eſt bona in caſu. 2° dat artẽ q̃ eſt bo
na ſimplr̃. ibi (Cõgruũ aũt eſt) Circa qđ duo fac̃. qꝛ pmõ
ꝓmittit q̃dã diuiſionem. 2° ex diuiſiõe pmiſſa docet nos
cognſcere q̃lia ſũt illa q̃ diffõnẽ igrediunt́. ibi (Huiuſmo
di aũt accipiẽda) dic̃ g̃ ꝙ (eoꝝ q̃ inſũt vnicuiqꝫ vlr̃ q̃dã ex
tẽdunt́ in plus nõ tm̃ ex gen⁹) ⁊ exponit ſe qd appellet eẽ
in plus. d. (Dico aũt in plus eſſe q̃cũqꝫ inſunt gdẽ vlr̃ vni/
cuiqꝫ) nõ ſolũ (at vo. ſꝫ aliȷ̃) vt illud ẽ in plus q̃ȝ hõ qđ p̃e
dicatur vlr̃ de hoĩe ⁊ ineſt aliȷ̃ q̃ȝ homini. vtputa bipes qđ
p̃dicat́ vlr̃ de hoĩe eſt in plus q̃ȝ hõ qꝛ ineſt aliȷ̃ ab hoĩe.
nõ tm̃ eſt extra aĩal qđ eſt genus hoĩs. eſt g̃ aliquid qđ p̃di
cat́ vlr̃ ⁊ ẽ in plus qđ nõ extendit ſe extra genus ⁊ ẽ aliqd
qđ ſe extẽdit. iõ ſubdit (vt aliqd qđ omni trinitati ineſt.
ſꝫ ⁊ nõ trinitati ſicut qđ eſt) i. ſicut ens. ens.n. ita ẽ ĩ plus
q̃ȝ trinitas ꝙ extẽdit ſe extra genus trinitatis. iõ ſubdit ꝙ
(ineſt trinitati. ſꝫ etiã nõ numero) q. d. ꝙ ens ita ĩeſt tri/
nitati vlr̃ ꝙ ẽt extendit ſe extra nũerũ q̃ eſt genus trinita
tis qꝛ ens ineſt ⁊ nõ numero. i. p̃dicat́ de aliquo qđ nõ eſt
nũerus. ⁊ ſubdit. ꝙ (ſꝫ impar ineſt omni trinitati. ⁊ ĩ plus
eſt) ſu. q̃ȝ trinitas. qꝛ (ineſt ipſis qnqꝫ) ⁊ ſubdit (ſꝫ nõ ex/
tra genus. qnqꝫ.n. eſt q̃dã nũerus. nullũ aũt impar extra
numerũ eſt) q. d. ꝙ impar ex eo ꝙ ineſt aliȷ̃ q̃ȝ trinario.
qꝛ ineſt qnario. nõ ꝑ hoc eſt extra gen⁹ nũeri. qꝛ ipſe qna
rius eſt nũerus: imo nullũ ipar ẽ extra gen⁹ nũeri. eſt g̃ in
tentio ſua ꝙ aliter qđ eſt. i. ens p̃dicat́ vlr̃ de trinario ⁊ in
plus ẽ q̃ȝ trinari⁹ ⁊ alr̃ ipar. nã ens ita ẽ in plus ꝙ extẽdit
ſe extra numerũ q̃ eſt genus trinariȷ̃. ſꝫ ipar nõ ſe extẽdit
extra nũerũ q̃ eſt huius genus. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Huiuſmodi igit̃ accipienda ſunt vſqꝫ ad hoc
p̃rimũ: quoꝝ vnũqđqꝫ gdẽ ĩ plus ſit. Oĩa aũt
nõ ſũt in plus. hãc.n. neceſſe ẽ ſubſtãtiã rei eẽ.

ℂ Ex diuiſiõe data oñdit q̃lia debeãt accipi ad formãdũ
diffõnem. Circa qđ duo facit. qꝛ pmo facit. qđ dcm̃ eſt. 2°
qđ dixerat manifeſtat ꝑ exemplũ. ibi (Ut trinitati) cõti/
nuat́ aũt ſic. dcm̃ eſt ꝙ q̃dã vlĩa p̃dicata ſe hñtia in plus
q̃dã ſe extendunt extra genus. q̃dã aũt nõ. ⁊ qꝛ ſic ẽ. (acci
pienda ſunt aũt hõ) ſu. p̃dicata vlĩa ſe hñtia in plus (vſqꝫ
ad hoc) i. vſqꝫ ad tantũ numerũ. ſiue vſqꝫ ad talẽ termi/
num quouſqꝫ tot accipiant́ (quoꝝ vnũqđqꝫ gdẽ taliũ)
i. p̃dicatoꝝ (in plus ſit. oĩa aũt nõ in plus ſunt. hanc ergo
neceẽ eſt ſubam rei) i. ſubalem diffõnẽ. q. d. cũ tot ſunt ac
cepta vlĩa p̃dicata hñtia ſe in plus nõ extendentia extra
gen⁹ ꝙ oĩa ſimul ſumpta nõ ſe hñt in plus q̃ȝ ipꝫ diffini/
tũ. tũc ex talib⁹ p̃dicatis ꝯſtituit́ ſuba vel diffõ. ℂ Dubi
taret forte aliqs: qꝛ vr̃ hoc falſum ꝙ q̃libet pars diffõnis
ſe debeat hr̃e in plus. ⁊ totũ in eq̃. nã vltima dr̃ia ſp̄ ꝯuer/
tit̃ cũ diffõne. ſꝫ pħm.n. in meta. ſi hrĩ ſcirem⁹ dr̃ias aĩa
lis findẽtis pedes tot eẽnt hõ dr̃ie. quot ſũt aĩalia finden
tia pedes. nũerus g̃ dr̃iaꝝ ꝓpriarũ ſub aliquo gñe equat́
nũero ſpẽrũ ſub illo gñe: qđ nõ eẽt niſi dr̃ia vltima ꝯuer
teret́ cũ ſpẽ. ℂ Dõm ꝙ qꝛ ignote ſunt nobis forme ſuba/
les: ⁊ qꝛ ignote ſunt nobis dr̃ie ꝓprie ex hoc multa mala
incurrimus diffiniẽdo. pmo qꝛ facimus diffõnẽ ex pluri/
bus q̃ȝ duob⁹. ſolũ.n. duo deberent ꝯcurrere ad diffõneꝫ.
quoꝝ vnũ ſe hr̃et vt mã ⁊ vt potentia. vꝫ. genus aliud. vt
actus. ⁊ vt forma. vꝫ. dr̃ia. nunq̃.n. ex duob⁹ fit vnuꝫ niſi
vnũ ſe hẽat vt potẽtia. ⁊ aliud vt actus. nec oꝫ dare tertiũ
qꝛ nõ requirit́ ibi. nec colla nec clauus ad ꝯiũgẽdũ actuꝫ
potẽtie. iõ tertiũ eſt ſemꝑ ſupfluũ. duo aũt ſolũ regrunt́
ad ꝯſtitutionẽ rei. potẽtia. ⁊ actus. attñ qꝛ aliqñ innoſatũ
eſt genus ꝓpriũ tũc loco gñis ꝓ ꝓpriȷ̃ ponimus gen⁹ remo/
tũ vſqꝫ ad dr̃iam vltimã. vt ſi eſſet diffõ hoĩs aĩal mãſue/
tũ bipes. totũ hoc. aĩal mãſuctuꝫ. accipet́ loco gñis ꝓpriȷ̃
ꝓximi. ⁊ bipes ſe hr̃et vt ſpecifica dr̃ia. Rurſus qꝛ aliqñ
eſt nobis ignota dr̃ia ꝓpria tunc loco dr̃ie proprie aſſumi
mus duas dr̃ias. quarũ quelibet ſe hꝫ in plus. ⁊ ãbe in eq̃
⁊ ſi nõ ſufficiũt due accipimus ⁊ plures alias tales. vtpu/
ta ſi eẽt nobis ignota ꝓpa dr̃ia hoĩs accipemus greſſibile
bipes loco dr̃ie ꝓpe quoꝝ qđlibꝫ ſe hꝫ ĩ plus: ⁊ totũ in eq̃.
greſſibile.n. ẽ in plus q̃ȝ hõ eo ꝙ equus ⁊ alia q̃drupedia
ſunt greſſibilia. ⁊ bipes in plus q̃ȝ hõ. qꝛ volatilia ſunt bi/
pedia. ſꝫ hoc totum. greſſibile bipes. forte eſt ſolus hõ. ꝙ
g̃ ſi accipiant́ multa q̃ ſunt in plus. totũ aũt nõ in plus ſꝫ
in eq̃. hoc eſt ex ignorãtia dr̃ie ꝓprie. Qđ g̃ obȷ̃cit́ ꝙ dr̃ia
ꝓpa ꝯuertit́. dici dꝫ ꝙ veꝝ ẽ ſi eſſet illa nobis nota. ſꝫ qꝛ
nõ eſt nobis nota: loco illius accipimus aliq̃ plura. quoꝝ
qđlibet ſe hꝫ in plus: ⁊ totũ in eq̃. ℂ Ulteri⁹ forte dubita
ret aliqs. vtrũ iſte modus ſit ꝯueniens. ℂ Dõm ꝙ cõue/
nientius eſſet ſi ſciremus dr̃iam ꝓpriã. tñ poſt diffõnem
ꝯtinentem dr̃iam ꝓpriã hec eſt cõuenientioꝛ diffõ qñ lo
co ꝓprie dr̃ie accipiunt́ plura. quoꝝ qđlibꝫ ſe hꝫ in plus.
⁊ totũ in eq̃. qꝛ nõ eſt aliqd qđ ita nos ducat in cognitionẽ
ꝓpriȷ̃ ſicut ꝯuenientia ⁊ dr̃ia quã hꝫ res ad alia. vt ſi lo/
co dr̃ie proprie hoĩs accipet́ greſſibile bipes. greſſibile di
ceret ꝯuenientiam quam hꝫ hõ cũ aĩalibus terreſtribus
⁊ dr̃iam quã hꝫ cuꝫ volatibilibus. bipes aũt ecõtrario di/
ceret ꝯuenientiã ad volatilia ⁊ dr̃iam ad terreſtria. In his
ergo duobus ꝯtinet́ ꝯuenientia ⁊ dr̃ia ipſius hominis taꝫ
ad aĩalia volatilia q̃ȝ ad terreſtria. ⁊ qꝛ hic eſt modus ma
xime deueniẽdi in cognitioneꝫ dr̃ie proprie: iõ poſt diffi/
nitionem ꝯtinentẽ dr̃iaꝫ ꝓpriã videt́ hic modus eſſe cõ
gruentioꝛ. ℂ Ulterius forte dubitaret aliqs. vtrũ ſꝫ vita
tem poſſet fieri diffõ ſm̃ hunc modũ. ℂ Dõm ꝙ nõ. naꝫ
ꝙ aliq̃ ſic ſe habeant reſpectu alicuius ꝙ qđlibet illoꝛuꝫ
ſe habeat in plus ⁊ totum in eque: hoc eſſe nõ põt niſi qꝛ
illa duo ſe habeant ſicut excedentia ⁊ exceſſa. vt ponam⁹
ꝙ hõ niger ſe hr̃et in eque cuꝫ ethiope. videmus.n. ꝙ hõ
eſt in plus q̃ȝ ethiops. ⁊ nigrum in plus q̃ȝ ethiops. hõ tñ
niger poſitus eſt ineſſe in eque. qđ ſi ſic eſt opꝫ ꝙ hõ ⁊ ni/
ger ſe habeant ſicut excedentia ⁊ exceſſa. nã ſi hoc nõ eẽt
nõ poſſet eſſe ꝙ qđlibet eẽt in plus ⁊ totũ in eque. nam ſi
nigrũ nõ repiret́ niſi in hoĩe. ⁊ hõ eſſet in plus q̃ȝ ethiops.
homo aũt niger conuerteret́ cũ ethiope oporteret ꝙ ni/
grum conuerteret́ cum ethiope. qđ ſi non ſequit́ dcs op/
poſituꝫ. ſi.n. aliquid eſt nigꝝ qđ nõ ſit ethiops. ſit illud. a.
queremus ergo vtrum. a. ſit homo. vel non. ſi non eſt ho/
mo hoc eſt ꝯtra ypotheſim. ſupponebamus.n. ꝙ nigrum
nõ ſe extenderet extra hominẽ. ſi aũt eſt homo ⁊ non eſt
ethiops. ergo homo niger non conuertit́ cum ethiope qđ
eſt ẽt ꝯ ypotheſim. Qđ ergo aliqua duo ſic ſe hẽant reſpe

ctu alicuiꝰ ꝙ qḋlibet ſit in plus ⁊ totū in eq̄ hoc eē nō po/
terit niſi qḋlibet illoꝝ duoꝝ reſtringat aliud. ⁊ ſi qḋlibet
vel ſi vtrūq; reſtringat vtrūq;. vtrunq; erit reſtringens ⁊
reſtrictū. ⁊ per ꝯn̄s vtrunq; erit excedēs ⁊ exceſſuȝ. nā nō
reſtringit niſi qḋ excedit. ⁊ nō reſtrigit̄ niſi qḋ excedit̄. eē
ergo reſtringens ⁊ reſtrictū ē eſſe excedēs ⁊ exceſſum. ſed
impoſīe eſt ſm v̄itatē in diffōne eſſe aliq̄ duo ſic ſe hn̄tia
ſicut excedētia ⁊ exceſſa. nā in diffōne ſunt genꝰ ⁊ drn̄tia.
vel ſi ſunt ibi plures drīe. hoc erit ſm ordinem ꝑdicamē/
talē. q̄rum vna erit drīa generis ſuꝑioris. ⁊ alia iferioris.
genus ergo ⁊ drīa nō pn̄t ſe hr̄e ſicut excedētia ⁊ exceſſa.
q2 drīa nō ſe extendit extra genus. Rurſus due drīe ordi
nate ſm ordinē ꝑdicamenti nō pn̄t ſic ſe hr̄e ſi bene date
ſint. nā drīa generis inferioris ſi bene data ſit non poterit
excedere drīam generis ſuꝑioris. talis ergo diffō ꝯtinēs
plura: quoꝝ qḋlibet ē in plus ⁊ totū in eq̄: nō erit diffō
vera. ſed poterit eē ſupplēs in eſſe diffōnis vere. iſte ergo
modus diffiniēdi traditus hic a pħo nō eſt bonus ſimpli
citer. ſȝ eſt bonus reſpectu nr̄i. ⁊ eſt bonus in caſu vt dixi/
mus in ꝯtinuādo lr̄am. nā q2 nobis ſunt ignote drīe ꝓꝑe
vt ſupra diximus. iō hic modus eſt nobis competens. q2
poſt diffōnē ꝯtinentē drīam ꝓꝑiā. hec diffō eſt cōgruen
tior ꝙ ꝯtineat aliq̄ quoꝝ qḋlibȝ ſit in plus ⁊ totū in eq̄ vt
eſt ex qōne ꝓbabita manifeſtū. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Ut trinitati ineſt omni numerus ipar primꝰ
vtrobiq;. ⁊ ſicut ꝙ nō eſt mēſurari numero: ⁊
ſicut ꝙ ē nō cōponi ex numeris. hoc itaq; iam
trinitas ē numerus ipar primus: ⁊ ſic primo.

¶ Manifeſtat qḋ dixerat per exēplū de diffōne trinarij.
Circa qḋ tria facit. q2 p̄mo dat diffōnē trinarij. 2° oſtēdit
diffōnē huius eſſe ſm datā methodū ſiue ſm datā arteȝ.
3° declarat ꝙ talis diffō ſit diffō trinarij. ſcḋa ibi. (Horū
.n.) tertia ibi (Qm̄ aūt oñſum) Dic g̃ (Ut trinitati ineſt
omni nūerus ipar vtrobiq; primus) q.d. dcm̄ eſt ꝙ diffō
dȝ ꝯtinere aliq̄. quoꝝ qḋlibet ſit in plus ⁊ totū in eq̄ vt nu
merus vtrobiq; p̄mus ineſt trinitati ſn̄. mō ꝑdicto. q2 qḋ/
libet hoꝝ ſit in plus q̄ȝ trinitas. totuȝ aūt nō in plus. ſȝ in
eq̄. ⁊ exponit ſe qd appellet̄ nūerus vtrobiq; p̄mꝰ. d. (⁊)
ſn̄. nūerꝰ vtrobiq; p̄mus dr̄ (ſicut qḋ eſt nō mēſurari nūe/
ro. ⁊ ſic nō ꝯponi ex nūeris. hec itaq; iā trinitas eſt) q.d.
ꝙ iſta ē diffō trinitatis (nūerus ipar p̄mꝰ. ⁊ ſic p̄mꝰ). vȝ.
vtrobiq;. ¶ Notādū aūt ꝙ nūerus p̄mus dr̄ qḋ nō ꝓdu/
cit̄ ex nūeris. ſȝ ex ſola replicatiōe vnitatis ꝓducit̄. ſȝ nō
ꝓduci ex nūeris eſt duplr̄: vel ex ductu nūeri in nūerum.
vel ex aggregatiōe nūeri cū nūero. q̄narius .n. nō ꝓducit̄
ex nūeris ex ductu nūeri in nūeꝝ. q2 nullus numerus du
ctus in aliquē nūerū faciet nūerū q̄nariū. tn̄ q̄narius be/
ne ꝓducit̄ ex nūeris ex aggregatiōe nūeri cū numero. q2
ex aggregatiōe nūeri binarij cū trinario ꝯſtituit̄ q̄narius
q̄narius g̃ nō eſt p̄mus. niſi vno mō. ſenariꝰ aūt nulloꝰ eſt
p̄mus. q2 vtroq; mō ꝯſtituit̄ ex nūeris. ꝯſtituit̄ .n. ex du/
ctu nūeri in numerū. q2 ex ductu trinarij in binariū cōſti/
tuit̄ ſenarius. nā ter duo ſex faciūt. Rurſus ꝯſtituitur ſe
narius ex aggregatiōe nūeri cū nūero. nam duo cū q̄tuor
ſex faciūt. trinarius aūt eſt p̄mus vtroq; mō. q2 nō ꝓdu/
cit̄ ex ductu nūeri in nūerū. ⁊ hoc appellat pħus nō men
ſurari nūero. nā nūerus q ductus ē in aliū nūerū ꝓducit
aliquē numerū hꝰ numerus ſm illū numerū dr̄ mēſura/
re ꝓductū numerū. vt ſi binarius ductus in trinariuȝ fac̄
ſenariū. binarius mēſurabit ſenariū ſm trinariū. q2 ē ter
tia pars ſenarij. ſm h̄.n. binariꝰ mēſurat ſenariū ſic vlna
mēſurat pānū q̄n toties ſumit̄ ꝙ equat̄ pāno. ſic binariꝰ
mēſurat ſenariū ſȝ trinariū. q2 ter ſumptꝰ equat̄ ſenario.
trinariꝰ āt eſt p̄mꝰ iſto mō. q2 nullus nūerꝰ ductꝰ in aliuȝ
nūeꝝ mēſurat trinariū vel ꝓducit ipm̄. Rurſus trinariꝰ
eſt p̄mꝰ alioꝰ. q2 nō cōponit̄ ex nūeris. nullus .n. nūerus
cōpoſitus alteri nūero facit trinariū. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Hoꝝ .n. vnūquodq; aliud: qḋ in paribus oībꝰ
ineſt: vltimū aūt ⁊ dualitati: oīa aūt nulli.

¶ Probat hꝰ diffōnē eſſe ſm datā methodū ſiue ſȝ datā
artē. d. (Hoꝝ .n.) ſiue (hoꝝ q̄dē vnūquodq;) ſn̄. eſt in pluſ/
q̄ȝ trinarius. qḋ pȝ. nā (alius q̄dē). vȝ. numerus ipar (ieſt
oībus imparibꝰ) alijs a trinario (vltimū āt). vȝ. vtrobi/
q; p̄mꝰ (⁊ dualitati) ſn̄. ieſt (oīa aūt). i. totum ſil' (nulli)
ſn̄. alij ineſt niſi trinitati. eſt g̃ hec diffō trinitatis ſm datā
methodū. q2 q̄libet ps ē in plus ⁊ totū in eq̄. ¶ Notāduȝ
aūt ꝙ eſſe vtrobiq; p̄mū. ſ. nō mēſurari. vel nō ꝓduci ex
ductu nūeri in numeꝝ. nec ꝓduci ex cōpōne nūeri cū nu
mero nō ſolū cōpetit trinitati. ſȝ etiā dualitati. nā nullus
numerus ductus in aliū numerū facit dualitatē. ⁊ nullus
numerus compoſitus cum alio numero facit ipaȝ. nume
rus g̃ impar eſt in pluſq̄ȝ trinarius. q2 cōpetit alijs impari
bus. ⁊ ēt vtrobiq; p̄mū eſt in pluſq̄ȝ trinariꝰ. q2 competit
binario. totum aūt ſil. vȝ numerus ipar vtrobiq; primus
ſoli trinario competit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qm̄ aūt oñſum iam ē in ſuꝑioribus ꝙ neceſ
ſaria ſunt in eo qḋ quid eſt ꝑdicentia. vniuerſa
lia autē neceſſaria ſunt. In trinitate autē ⁊ in
quocūq; alio ſic accipiunt̄ in eo qḋ qd eſt: ac/
cepta ſic ex neceſſitate erit trinitas hec.

¶ Declarat q̄ hꝰ diffō trinarij ē bona ex quo q̄tū ad p̄ns
ſpectat duo requirunt̄ ad hoc ꝙ aliqd ſit diffō. p̄ ꝙ ꝑdicet̄
vlr̄ ⁊ ex nec̄itate. 2° ꝙ dicat totam ſubam rei. tria g̃ facit
pħus. q2 p̄ ꝓbat q̄ hoc qḋ dcm̄ ē ꝑdicat̄ vlr̄ ⁊ ex nec̄itate
de trinario. 2° oñdit ꝙ dicat ſubaȝ eiꝰ. 3° ꝯcludit q̄ eo mō
quo accepta eſt diffō de trinario poſſet accipi de quolibet
alio. ſcḋa ibi. (Qḋ autē ſuba ſit). tertia ibi. (Quare ⁊ alij
cuilibet) Dicit g̃ (Qm̄ āt oñſuȝ ē nobis). i. a nobis (in ſu/
perioribꝰ nec̄ia q̄dē ſunt in eo qḋ qd ē ꝑdicātia) q.d. q̄ ꝑ
dicātia in eo qḋ qd ſunt nec̄ia. ⁊ ſubdit (vlia autē nec̄aria
ſūt) q.d. ꝙ talia nec̄aria. vȝ. ꝑdicātia in eo qḋ qd ſūt vlia
. i. ꝑdicant̄ vlr̄. ſi g̃ ea q̄ poſita ſunt in diffōne trinitatis ꝑ/
dicant̄ in eo qḋ qd. q2 dcm̄ eſt ꝙ talia debēt accipi. oȝ ꝙ
illa ꝑdicent̄ vlr̄ ⁊ de nec̄itate de trinario. iō ſubdit. ꝙ (in
trinitate aūt ⁊ in quolibȝ vel in quocūq; alio in eo qḋ qd
accipiunt̄ ſic). i. accipiēda ſūt ſic. vȝ. ſȝ datā artē (accepta
aūt ſic trinitas erit hec) q̄ ſūt accepta (ex nec̄itate) ⁊ ſn̄. ⁊
vlr̄. ita ꝙ q̄ ſic accepta erunt ⁊ ex nec̄itate ⁊ vlr̄ ꝑdicabun
tur de trinitate. ¶ Notādū aūt ꝙ data methodus eſt ꝙ
accipienda ſunt hꝰ q̄ ſe hn̄t in plus ⁊ nō ſe extēdūt extra
genꝰ ⁊ tot ſunt accipiēda de talibꝰ quoꝝ qḋlibet ē in plus
⁊ ꝙ oīa ſil' accepta nō ſint in plus. ſȝ in eq̄. ſi g̃ accepta nō
ſe extendēt extra genꝰ ⁊ ſunt ordinabilia in gn̄e oȝ ꝙ ꝑti/
neāt ad q̄ditatē rei. ⁊ q2 talia iſunt de nec̄itate ⁊ ꝑdicant̄
vlr̄: oȝ ꝙ ea q̄ ſūt accepta in diffōne trinarij ſi ſic accepta
ſunt ꝙ trinarꝰ ſit ex nec̄itate hec q̄ ſunt accepta. i. ꝙ hꝰ ac
cepta ꝑdicent̄ de nec̄itate de trinario. ⁊ ēt ſn̄. oȝ ꝙ ꝑdicen
tur vlr̄. ¶ Dubitaret forte aliqs. q2 nō vr̄ ꝙ poſita i diffō
ne trinarij ꝑdicent̄ eēntialr̄ de trinario. q2 eſſe p̄mū ⁊ nō
mēſurari nūero vel nō eſſe p̄mū. ſȝ mēſurari nūero vidē
tur eſſe q̄dā ꝓꝑrietates nūeri. ¶ Dōm ꝙ dato ꝙ nō ſint
ꝓꝑrietates hoc nō obſtat. nā q2 ignote ſunt drīe eſſentia/
les vtimur talibus loco drīaꝝ eēntialiū. ſic g̃ bipes ponit̄
drīa hoīs ⁊ drīa eēntialis. ⁊ tn̄ figura membroꝝ corporis
qḋdā accn̄s ē. attn̄ cū neſcimus drīam eēntialem ſignifi/
camus eā noīe alicuius accidentis. vt ꝑ greſſibile ſiue per
pēnatum que ⁊ ſi ſm ſe accn̄tia nomināt. tn̄ vt ingrediun

tur diffōnē ponunꝭ vice drīarū ſubaliū ⁊ aſſumunꝭ ad ſignificandū rei eſſentiā. nā ⁊ ipſa noīa ſubarum vtpluri mum ab accñtibus ſunt aſſumpta: vt lapis a leſione pe dis ⁊ petra a tritiōe pedis ſm grāmaticalē etbimologiā: qui dicūt ꝙ petra dr̄ q̄ſi pede trita. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Q̄ð aūt ſuba ſit ex bis manifeſtū ē. neċe. n. ē niſi boc eēt trinitatis eē: vt genus aliquid eſſe. boc autē noīatū: aut nō noiatū: erit igiꝭ in plus q̄ trinitati ineſſe: ꝯceſſuȝ. n. ē buiuſmodi eē ge nus qð cūq3 ſcðm potētiā in plus eſt. Si itaq3 nulli ineſt alij q̄3 athomis trinitatis: boc vtiq3 erit trinitatis eſſe supponaꝭ eteni boc vniuſcu iuſq3 ſuba eē q̄ ē i athomis vltimū p̄dicamētū.

¶ Oſtendit ꝙ ſuba trinitatis eſt ex bis ⁊ ꝙ diffinitio data dicit totaȝ ſubam trinitatis. d. (ꝙ aūt ſuba) ſu. trinitatis (ſit ex bis) i. expoſitis in diffōne p̄dicta (manifeſtū eſt) ex bis q̄ dicenꝭ. ⁊ ſubdit. ꝙ (neceſſe eſt. n. niſi boc eēt eſſe trinitatis) i. niſi in boc ꝯſiſteret eēntialis diffō. trinitatis q̄ dicit eſſe eius (vt genus aliqð eē) q. d. ꝙ ſi nō eēt diffō eſſet genus. ⁊ ſubdit ꝙ (boc aūt. a.) i. bꝰ genꝰ (aut nomi natū aut nō noiatū. erit igiꝭ in plus q̄ trinitati in eſſe) vl (q̄ trinitatis eē) q. d. ꝙ ſi ē genꝰ ſiue ſit noiatū ſiue ino minatū erit in plus q̄ trinitas qꝛ (ꝯceſſum eſt. n. bꝰ eſſe genus. qð gdē ſm potētiā eſt in plus) ſu. q̄ ea q̄ ſunt in ge nere. ⁊ qꝛ rō aſſignata de trinitate nō ē in plus q̄ trinitas nō erit genꝰ. ſȝ ſi nō eſt genꝰ ⁊ p̄dicaꝭ in qd opȝ ꝙ ſit diffō dicēs eēntiā ſiue eſſe qditatē rei. iō ſubdit (ſi itaq3) ſu. rō data (nulli alij inerit q̄ athomis) i. q̄ indiuiduis (trini tatis. B vtiq3 erit eē) i. diffō (trinitatis) ⁊ ſubdit. ꝙ (ſup ponaꝭ. n. ⁊ eſſe B ſuba) i. ſubalis diffō (vniuſcuiuſq3 q̄ eſt vltimū) i. finale (p̄dicatuȝ in athomis) i. in indiuiduis rei. ¶ Notādū aūt ꝙ vſq3 ad vltimā drīam nō babetur vltimū. i. finale p̄dicatū qð nō ineſt niſi athomis. i. niſi in diuiduis ſpēi. nā boc mō ſit diffō ſemꝑ aggregādo diffe rētias donec totū aggregatū equeꝭ ſpēi. ⁊ tūc illud totum aggregatū qð ē ſic vltimo adequatū ſpēi nō p̄dicatur de alijs niſi de ſolis athomis. i. indiuiduis illiꝰ ſpēi. ¶ Notā dū etiā ꝙ nō ꝓprie diffiniꝭ niſi ſpēs ſpāliſſima non ꝙ eſt diuiſibilis in ſpēs. ſȝ ꝙ eſt diuiſibilis in athoma. i. in indi uidua. ꝓpter qð ſpālez mētionē facit de athomis. i. de idi uiduis. ¶ Notādū etiā ꝙ ſi eſt diffō bois q eſt ſuba aia ta ſenſibilis greſſibilis bipes vſq3 ad vltimā drīam q̄ ade quat diffōnē datā bomini ſꝑ acceptū ſe bȝ vt genus: ſuba enī aiata ſe bȝ vt genus ad boiem. ⁊ ſuba aiata ſenſibilis greſſibilis vt genus. qñ aūt additū ē ibi bipes. qꝛ nō ſe bȝ in plus. tūc iaȝ eſt diffō. ſi. n. ſciremus noiare totū p̄cedēs vno noie illud tanq̄ genus ⁊ bipes tanq̄ drīa faceret dif finitionē. boc ſupponēs pħs dicit rōnez datā de trinitate vel eē genꝰ vel diffōnē. nō eſt aūt genus qꝛ nō p̄dicaꝭ in plus. relinqꝭ g̃ ꝙ ſit diffō eo ꝙ p̄dicaꝭ in eq̄ nā qð p̄dicaꝭ in qd. ⁊ p̄dicaꝭ in eque diffō eſt. genus. n. nō p̄dicaꝭ in eq̄. drīa aūt nō p̄dicaꝭ in qd. diffō aūt ⁊ in qd ⁊ in eq̄. ¶ Du bitaret forte aliqs. quō genus ſm potētiā eſt in plus q̄ q̄ ſunt in genere. ¶ Dðm ꝙ iferiora nō ſunt in ſupioribus actu. ſȝ potētia genus. n. potētia bȝ oēs drīas actu vō nul lā: ⁊ ſicut ꝯtinet genus oēs drīas potentia. nullā aūt actu ſic genus bȝ oēs ſpēs potentia. actu vō nullā imaginabi mur. n. ꝙ lȝ genꝰ nō ſit oīno ſicꝭ mā. qꝛ mā ē potētia pura. genꝰ ꝭt eſt forma media iter potētiā ⁊ actū. vt dicꝭ ꝯmen. ſup 7ᵒ meta. attñ q̄tū ad p̄ſens ſpectat genꝰ bȝ magnā ſili tudinē cū mā. nā ſicut mā ē qðdā fundamētū nāe in q̄ ni bil eſt actu. ſȝ mā eſt oīa in potētia. ⁊ ꝑ aduentū diuerſoꝝ formaꝝ ſit qðlibet in actu. ita ꝙ g̃ intelligit genus ſm ꝙ buius nō intelligit aliq̄ ſpēm in actu ⁊ adiungēdo varias drīas generi pōt itelligere q̄libet ſpēȝ in actu. bene ergo dcm̄ eſt ꝙ genus ſm ꝙ potētia eſt in plus q̄ quelibet ſua ſpēs. qꝛ in potētia eſt oēs ſue ſpēs. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quare ſimiliter ⁊ alij cuilibet ſic demōſtra torum eidem eſſe inerit.

¶ Cōcludit ex dictis ꝙ eo mō quo accepta eſt diffō trina rij pōt accipi ⁊ diffō quorūlibet aliorum. d. (Quare ⁊ alij cuilibet ſic demr̄atoꝝ) i. ſic diffinitoꝝ. ſicꝭ diffinita ē tri nitas ſimul (inerit vel erit idē eē) i. eadē diffō. q. d. ⁊ qð cūq3 aliud a trinitate ſic diffiniaꝭ: illud idē qð ſic ſe babe bit ad tale diffinitum ſicut diffō trinitatis ſe bȝ ad trinita tem. illud. ſ. idē erit ſilr eē. i. diffō talis diffiniti ſicꝭ diffō da ta de trinitate eſt diffō trinitatis. ¶ Deīde cū dicit.

¶ Congruū aūt eſt cum totum aliqs negocieꝭ departiri genus in athoma ſpecie prima. vt nu merus in dualitatem. ⁊ trinitateȝ. ⁊ poſtea ſic diffōnes illoꝝ accipere tentare: vt recte linee ⁊ circuli ⁊ recti anguli.

¶ Poſtq̄ auctor dedit arteȝ ⁊ methodū quō ſit accipiēda diffō q̄ eſt bona in caſu. In parte iſta dat artē ⁊ methodū q̄ eſt bona ſimplr. eſt. n. ars ⁊ methodus bona ſimplr ſci re diuidere genus vel ſcire accipe ꝓpriū genus. ⁊ ſcire ac cipere ꝓpriā drīam. Circa qð q̄ttuor facit. qꝛ p̄mo dat ar tem quō accipiēda ſit bꝰ diffō q̄ eſt bona ſimplr. 2ᵒ oſtē dit quō bꝰ ars ſit vtilis. 3ᵒ declarat quō ſit poſīs. 4ᵒ reſu mit artē datā ⁊ oſtendit eā eē ſufficietē. ſcða ibi (Sȝ diui ſiones q̄ ſunt) tertia ibi. (Nibil aūt opȝ diuidente) q̄rta ibi. (Ad ꝓbandū aūt diuiſionē) Circa p̄mū aūt tria facit qꝛ p̄mo docet eū diuidere genus. ⁊ docet accipe ꝓpriū ge nus. 2ᵒ docet accipe ꝓpriā drīam 3ᵒ qð ſuppoſuerat pro bat. ſcða ibi (Poſt aūt bec) tertia ibi. (Propterea.) Dicꝭ g̃ (Cōgruum aūt eſt cum aliqs negocieꝭ aliqð totum) i. circa aliqð totū qð dȝ diffinire (departiri) i. diuiderē (ge nus in p̄ma athoma ſpē) vel in p̄mas athomas ſpēs. i. in ſpēs ſpāliſſimas (vt numerus) i. ſi diuideret nūerus (in dualitatē ⁊ trinitatē. poſtea) i. poſtq̄ ſic diuiſum eſt ge nus (ſic) ſ. dȝ (tentare diffōnes illaꝝ) ſpērū ⁊ ſubdit (vt recte linee ⁊ circuli ⁊ anguli recti) q. d. ꝙ ſicut accipiēda eſt diffō dualitatis ⁊ trinitatis ⁊ aliaꝝ ſpērum numeri ſic accipiēda eſt diffō aliaꝝ ſpērū cōtentaꝝ ſub alijs generi bus. vt diffō recte linee circuli ⁊ anguli recti. debemus g̃ tentare diffōnē accipere dualitatis trinitatis ⁊ aliaꝝ ſpe cieꝝ ſpāliſſimarum vt diffōneȝ recte linee ⁊ anguli recti. ¶ Notādū aūt ꝙ in boc pħus docuit nos ſic diuidere ge nus. dedit. n. nobis artē accipiēdi ꝓpriū genꝰ. qð aūt diui diꭲ in ſpēs ſpāliſſimas eſt ꝓpriū genus illaꝝ ſpērū. genꝰ aūt nō ꝓpriū ſȝ lōginquū nō diuidiꭲ in ſpēs ſpāliſſimas ſed in ſpēs ſubalternas. diuidere g̃ genus in athoma ſpē. vel in athomas ſpēs. vel in ſpēs ſpāliſſimas eſt via ad co gnoſcēdū ꝓpriū genus. ¶ Notādū etiā q genꝰ vel diui diꭲ in duas ſpēs ſubalternas. vel ī duas ſpēs ſpāliſſimas. vel in vnā ſpēm ſpāliſſimā. ⁊ in aliā ſubalternā. ſupponi mus. n. diuiſionē eē bimēbrē. ſi g̃ diuidaꭲ genus in duas ſpēs ſubalternas. tale genus nō accipieꭲ vt ꝓpriū in diffō ne ſpēi ſpāliſſime. ſi vō ſm diuiſionē rectā diuidaꭲ i ſpe ciem ſpāliſſimā ⁊ ſubalternā poterit accipi vt genus pro priū in diffōne illiꝰ vniꝰ ſpēi ſpāliſſime. ſȝ ſi diuidaꭲ diui ſione propa in duas ſpēs ſpāliſſimas. poterit accipi vt ge nus ꝓprium in diffinitione vtriuſq3. via ergo recta ⁊ ars debita ad cognoſcendum ꝓpriū genus eſt facere diuiſio nem in athoma ſpē. i. in idiuiſibilia ſm ſpēm ſiue in ſpēs ſpāliſſimas. ¶ Notādum ēt ꝙ ait ꝙ debemus diuidere

gen9 in athomas ſpẽ ꝑma vel in athomas ſpẽs primas q2 nõ eſt genus ꝓpriũ ad diffiniẽdũ ſpẽm ſpãliſſimã niſi genus illud qḋ ꝑma ⁊ imediata diuiſione diuidit᷑ in ſpẽs talẽ. vñ athome ſpẽs accipiẽde ꝑ diuiſionez generis ſunt accipiẽde ꝑ ſe ⁊ imediate ſub illo genere q2 ſm hoc accipiet genus ꝓpriũ illarũ ſpẽrũ. nã diuiſione nõ ꝑma ⁊ immediata ſ3 remota ⁊ ꝑ multa media poterit ẽt genus generaliſſimũ diuidi in ſpẽs ſpãliſſimas. ❡ Notandũ ẽt ꝙ ait ꝯgruũ eſt. vt denotet hãc artẽ datã in diffõne. v3. diffinire aliqḋ ꝑ ꝓpriũ genus ⁊ ꝑ ꝓpriã dr̃iam eſſe ꝯgruã ſimpliciter. nã ars data ſupra ꝙ diffiniat᷑ aliqḋ ꝑ multa quorũ qḋlibet ſit in plus ⁊ totũ in eq̃ nõ ẽ ꝯgrua ſimplr. ſ3 in caſu cũ nõ poſſumus ſcire ꝓpriã dr̃iam. ❡ Notãdũ ẽt ꝙ ait. ꝙ cũ negocie᷑ totũ aliqḋ. i. circa totũ aliqḋ. q2 diffõ vt dr̃ in 7° meta. eſt ſmo. ⁊ ſermo h3 partes. ⁊ o3 vt ibi dr̃ ꝙ ptes diffõnis correſpõdeãt ptibus rei diffinite. cuiuſmodi ãt ſint iſte ptes aut rei aut nois nõ eſt ꝑntis ſpeculatiõis. ſufficit aũt ad ꝑns ſcire ꝙ ſicut op3 diffõne hr̃e partes. ita diffinitũ. ⁊ ſi neceſſe eſt diffinitũ hr̃e ptes necẽ eſt diffinitũ eſſe qḋdã totũ. ph̃us ḡ volẽs loq̄ de negociatiõe circa diffinitũ ait cũ totũ aliqḋ. i. circa totũ aliqḋ qḋ ide3 eſt ꝙ circa aliqḋ diffinitum. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Poſt hec aũt accipiẽtes qḋ gen9 ſit vtrũ quãtitatũ: aut qualitatũ ꝓprias paſſiones ſpeculari per cõia prima. cõpoſitis. n. ex athomis conueniẽtia ex diffõnibus erunt manifeſta.

❡ Quia docuit nos accipe ꝓpriũ genus docet nos accipere ꝓpriã differẽtiã. d. (Poſt hoc aũt) .i. poſtq̃ȝ diuiſimus gen9 in athomas ſpẽs. ⁊ ex hoc accepimus genus ꝓpriũ. accipiendũ eſt (qḋ gen9 ſit) .i. qḋ ꝑdicatũ ſit in quo ẽ illud ꝓpriũ genus. vel in quo ſunt ille ſpẽs athome q̃ ſunt diffiniende (vtrũ q̃litas aut q̃ntitas. ⁊ ꝓprias paſſiões ſpeculari) .q. d. ꝙ poſtq̃ȝ vidimus qḋ genus ⁊ qḋ ꝑdicatũ ſit in quo ſunt illa q̃ debent diffiniri. vt vtrũ ſit q̃litas aut q̃ntitas debemus ſpeculari ea que ſunt propria illius generis ſiue illius ꝑdicamẽti. ⁊ ſubdit cãm (cõpoſitis. n.) ſu. diffinitiõibus (ex athomis) .i. ſm ꝙ regrunt᷑ athome ſpẽs (ꝑ cõia ꝑma) .i. per ꝓpria ipſius generis generaliſſimi. ſiue ipſius ꝑdicamenti q̃ ſunt cõia ꝑma (ꝯueniẽtia ex diffõnibus) .i. ea q̃ ſunt ꝯueniẽtia ad diffões (manifeſta erũt) .q. d. ꝙ hoc mõ poterimus inuenire ꝯuenientia ad diffões ⁊ hoc mõ poterimus facere diffões compoſitas ex athomis. i. ex differentijs ꝓprijs. i. ſ3 ꝙ regrũt ſpẽs athome ꝑ cõia ꝑma ⁊ ꝑ ꝓpria toti9 ꝑdicamẽti. ❡ Dubitaret forte aliqs. qḋ ꝓdeſt ſpeculari ꝓpria totius generis generaliſſimi. ⁊ q̃ o per talia cõia prima ſunt manifeſta ea q̃ ſunt conueniẽtia ex diffõnibus. i. ad diffões ⁊ q̃ o talia cõia ꝑma valẽt ⁊ ſunt ꝓficua diffõnib9 ꝯpoſitis ex athomis. i. ex differẽtijs ꝓprijs q̃ ſunt dr̃e athome. i. indiuiſibiles ſm ſpẽm. q2 tales dr̃e ſunt ꝯuertibiles cum ſpẽbus ſpãliſſimis. ❡ Dõm ꝙ hoc modicũ qḋ ph̃us dicit ẽ ꝑncipiũ ⁊ regula ad ꝯſiderãdũ eẽntiales ⁊ ꝓprias dr̃ias vniuſcuiuſq3. nã facile eſt videre qḋ competit ita homini ꝙ nõ cõpetit alijs. ſ3 vtrũ id ſit ꝓpria dr̃ia q̃ debeat ingredi diffinitionẽ eius. ad hoc inueſtigãdũ regulamur ꝑ ea q̃ ſunt ꝓpria ipſi ſubẽ qḋ eſt gñaliſſimũ ꝑdicamentum. vt ſi videmus ꝙ per riſibile differt hõ ab oĩbus alijs nõ ſtatim debemus currere ad accipiendũ riſibile tanq̃ȝ propriam dr̃iaȝ. ſed per ea q̃ ſunt ꝓpria ipſi generi gñaliſſimo. ⁊ ipſi ꝑdicamẽto ſubſtãtie debemus videre vtrũ riſibile pertineat ad ꝑdicamentũ ſubẽ. ꝙ ſi per riſibile differt hõ ab oĩbus alijs ⁊ riſibile pertinet ad ꝑdicamentũ ſubẽ. ex hoc poterit colligi ⁊ hẽri ꝙ riſibile nõ ſit ꝓpa dr̃ia hoĩs. ꝓpa ergo toti ꝑdicamẽto que ſunt cõia ꝑma ſunt regula ad inueſtigãdũ ea q̃ ſunt eẽntialia oĩbus exiſtẽtibus in illo ꝑdicamẽto. ⁊ qḋ dcm̃ eſt de ſubã intelligendũ eſt de q̃ntitate ⁊ de alijs ꝑdicamẽtis. vt ſi albũ nõ hr̃et eẽ niſi in triãgulo nõ bene faceret ille qui vellet diffinire triãgulũ ꝑ albũ. ſ3 poſtq̃ȝ vidiſſet ꝙ albũ nõ reperit᷑ niſi in triãgulo. ⁊ ꝙ ẽ ꝓpriũ triãgulo. adhuc deberet videre ꝑ ea q̃ ſunt ꝓpa q̃ntitati. vtputa. ꝙ de rõne quãtitatis eſt ꝙ ſit quid diuiſibile vel de rõne quãtitatis cõtinue eſt ꝙ ſit ſm ſe extenſum. per talia. n. cõmunia deberet videre. vtrũ albũ pertineret ad ꝑdicamentũ quãtitatis in quo h3 eſſe triangulus qui debet diffiniri. ❡ Deinde cũ dicit.

❡ Propter hoc ꝙ principiũ omniũ diffõnũ ꝙ ſimplex eſt ⁊ ſimplicibus per ſe ineſſe ꝯuenientia ſolis: alijs aũt ſecundum illa.

❡ Aſſignat cãm dicti. d. (ꝓpterea) ſu. ſunt cõſiderãda talia cõmunia q̃ ſunt ꝓpria toti ꝑdicamẽto. ⁊ ꝓpterea hoc eſt faciẽdũ (ꝙ) ꝓ q2 (ꝑmũ) ſup. ꝑncipiũ eſt (oĩum diffõnũ ꝙ eſt ſimplex. ⁊ ſimplex ſimplicib9 ineſſe) ſu. cõtingit (cõueniẽtia per ſe ſolũ. alijs aũt ſm illa) .q. d. ꝙ q2 oĩbus alijs ꝯueniũt ea q̃ ꝯueniũt ꝑ ſimplicia ⁊ ꝑ ꝑma cõia. ſimplicib9 aũt q̃ eis nõ ꝯueniũt ꝑ alia. iõ hꝯ cõia ⁊ hꝯ ſimplicia ſunt ꝑncipiũ ⁊ regula ad inueſtigãdũ diffões ⁊ ꝓpas dr̃as. ⁊ alia que eẽntialr̃ cõueniũt alijs. ❡ Dubitaret forte aliqs. q2 videt᷑ hoc falſum ꝙ ſimplicib9. i. vlibus nõ cõueniãt aliq̃ per alia. ſ3 alijs per ipa. nã hr̃e tres cõpetit figure ⁊ alijs ſuperioribus ꝑ triãgulũ. ❡ Dõm ꝙ ꝑticulariter põt aliqḋ ꝯuenire ſimplici ⁊ ſuperiori. ſiue magis ꝯueniri ꝑ inferius. ſ3 vlr̃ eſt ĩpoſe. nã qḋ cõpetit triãgulo ſ3 ſe nõ põt vlr̃ cõpetere figure. ſed ecõuerſo. qḋ. n. cõpetit figure ſm ſe o3 ꝙ cõpetat omni triãgulo. ⁊ q2 ad diffõnem nõ ſunt vtilia. niſi que competũt vlr̃. loquẽdo de his que vlr̃ cõpetũt certũ eſt ꝙ q̃nto aliqua ſunt magis gñalia ⁊ magis ſimplicia tãto magis cõpetũt eis aliqua vlr̃ ſm ſe ⁊ alijs cõpetũt per illa. q̃nto aũt aliqua magis ſunt infima tãto eis ꝯpetũt plura vlr̃ per alia. q2 qcqḋ cõpetit vlr̃ ſuperioribus cõpetit vlr̃ oĩbus inferioribus. ſed nõ econuerſo. per talia ergo cõmunia ⁊ generalia toti predicamẽto. eo ꝙ ſunt cauſa omniũ eoꝝ que inſunt his que ſunt in ꝑdicamẽto. regulamur ad cognoſcendũ ea q̃ ſunt ꝓpria cuilibet exiſtẽti in predicamento. ea. n. que conueniunt vlr̃ oĩbus his que ſunt in ꝑdicamẽto ſubẽ ⁊ talia etiã cõmunia toti ſubẽ ſunt cauſa eoꝝ que ꝯueniunt his q̃ ſunt in ꝑdicamento ſubẽ. ideo ꝯſiderare talia cõia multũ valet ad accipiendũ ꝓprias dr̃ias. vt patuit in queſtione añdicta. ⁊ ẽt vt patere põt per q̃õnez hãc cũ dcm̃ ſit in hac q̃õne talia cõmunia eſſe cãm proprioꝝ.

SEd diuiſiões q̃ ſũt ſ3 differẽtias vtiles ſunt in id ꝙ ſic adeamus. ſicut tamẽ demõſtrant dcm̃ eſt in priorib9. vtiles aũt ſunt vtiq3 ſic ſolu3 ad colligendũ qḋ qḋ eſt: ⁊ etiã videt᷑ vtiq3 nihil. ſed moꝝ vtiq3 accipere omnia tanq̃ȝ ſi ex principio acceperit aliquis ſine diuiſione.

❡ Poſtq̃ȝ ph̃us dedit artẽ ⁊ methodũ q̃ o ſit accipienda diffinitio. In parte iſta vt dicebatur oſtendit q̃ o hꝯ ars ſit vtilis. Propter quod ſciendum ꝙ eſt vtile per diuiſionem accipere diffinitionez nõ via ſillogiſtica. ſed via collectiua. factis. n. diuiſionibus nõ accipimus membra diuiſionum ex q̄bus conſtituit᷑ diffinitio ſillogiçando quia vt patuit ſupra ſtatim poterimus quod eſt in principio. ſed accipimus hꝯ membra colligẽdo ⁊ coniungẽdo vnũ alteri. eſt aũt vtile procedere ſic via diuiſiua colligendo

⁊ ꝯiungēdo membra diuiſionū ad tria. pmo ad habēduꝫ ea q̄ ſunt in eo qȯ qd. 2° ad hr̄idū ordinate. 3° ad habēduꝫ ea oīa. in his. n. tribus ſtat tota ars diſtinctiua. vꝫ. q' accipiant̄ ea q̄ ſunt in eo qȯ qd. ꝙ accipiant̄ ordinate. ⁊ q' accipiant̄ oīa. ſi. n. accipiant̄ ea q̄ ptinent ad qȯ qd hoīs. ſi accipiant̄ ordinate: ⁊ ſi accipiant̄ oīa talia: īpoſſe eſt qn ex ſic acceptis ꝯficiat̄ vera diffō hoīs. ad oīa aūt hec tria vꝫ via diuiſiua collectiua. ad nihil āt tale valet via diuiſiua ſillogiſtica. Tria ḡ facit ƒm ꝙ hec tria declarat. naꝫ pmo oſtendit qūo talis via diuiſiua collectiua ſit vtilis ad accipiēdū q̄ faciūt in eo qȯ qd. 2° qūo oꝫ accipe ea ordinate. qꝛ alr̄ nō eſſet vtilis talis via. 3° qūo oꝫ ea accipere oīa. 2° ibi. (Dr̄t āt aliqd nihil) 3° ibi. (Amplius ad nihil) Dicit ḡ ꝙ (ſꝫ diuiſiōes q̄ ſūt ƒm drīas vtiles ſunt ꝙ adeam⁹) .i. ꝙ pergamus (in id) .i. in diffōnē (ſic) .i. via collectiua (ſicut tñ) .i. queadmodū (demrant dcm̄ eſt in pozibus) nā ſupra dicebat̄ ꝙ via diuiſiua nihil ſillogiçatur ⁊ nihil demrat̄ ad ꝓpoſitū ⁊ ſubdit. ꝙ (vtiles aūt ſunt) ſup. (ad colligēdū) diuiſiōes (ſic ſolū qȯ qd eſt) .q.d. ꝙ ſolum ſic vt .ſ. via collectiua accipiant̄ ea q̄ ſunt in eo qȯ qd vtiles ſunt diuiſiōes. nō aūt vtiles via ſillogiſtica. vñ ſubdit. ꝙ (ſed etiā vident̄) ſup. diuiſiōes (vtiqꝫ nihil) ſup. ꝯcludere ſillogiſtice ad ꝓpoſitū (ſꝫ mox accipere oīa tanq̄ ſi ex pncipio acciperet aliqd ſine diuiſiōe) .i. anteq̄ diuideret. ¶ Notādū aūt ꝙ vt ſupra dicebat̄ via diuiſiua nihil ſillogiçat̄ ad ꝓpoſitū. vt ſi dicat̄ ꝙ omne aīal vel ē rōnale vel irrōnale. hō eſt aīal. bene ſequit̄. ꝙ vel ſit rōnalis vl irrōnalis. ſed ꝙ accipiat̄ hoc mēbꝝ determinate de quo eſt mētio. vꝫ. ꝙ hō ſit rōnalis nō fit hoc ſillogiſtice. imo abſqꝫ ꝓbatiōe hoc accipit̄. ꝑꝑ qȯ petit̄ ibi qȯ eſt in pncipio. quātū ḡ ad ꝓbatiōnē ſillogiſticā ita bene potuiſſet accipere ante diuiſionē. ḡ accipe via ſillogiſtica eſt accipere oīa talia mēbra. ac ſi ex pn° accepiſſet ea anteq̄ feciſſet diuiſionē. diuiſio ḡ ibi nihil coopat̄ vt via ſillogiſtica aliqd ad ꝓpoſitū ꝯcludat̄. eſt ḡ vtile diuidere vt membra diuiſionis colligam⁹. nō eſt aūt vtilis vt ꝑ diuiſionē talia mēbra ſillogiçemus. ¶ Dubitaret forte aliqs. qūo ꝑ diuiſionē ſit vtile accipe ea q̄ ſunt in eo qȯ qd. ¶ Dōm ꝙ vtilis eſt hoc mō ꝑtacto. vꝫ. ꝯſiderando ea q̄ ſunt cōmunia toti pdicamēto. ꝑ ea. n. q̄ ſunt cōia toti pdicamēto ſubē regulamur ad cognoſcēduꝫ ea q̄ ſūt eēntialia. ⁊ q̄ pertinēt ad qditatē eorū q̄ ſunt in pdicamēto ſubē. vt ſi volumus diffinire hoiem ⁊ ſcimus aīal eſſe genus eius. leue ē videre q̄ cōpetūt aīali ⁊ ꝑ quas drīas hꝫ diuidi aīal. vt qꝛ diuidit̄ per pēnatū ⁊ nō pēnatū. per riſibile ⁊ hinibile. ſꝫ vtrū iſte drīe ꝑ q̄s diuiſum ē aīal ſint eēntiales vel accn̄tales regulamur per ea q̄ ſunt cōia toti pdicamēto ſubē. vt ſi ſuba dicit aliqd ꝑ ſe exn̄s. ⁊ hoc eſt cōe toti pdicamēto ſubē nihil erit ſuba. ⁊ nihil petinebit ad pdicamētū ſubē ƒm ſe niſi qȯ eſt per ſe exn̄s vel ꝙ ē eſſentia. vel pars eēntie ꝑ ſe exiſtentis. ex hoc ḡ regulabimur ad cognoſcēduꝫ. vtrū ea in que diuiſum eſt aīal ſint eſſentialia vel accn̄talia his que ſunt ſub aīali qꝛ ſi ſunt per ſe exn̄tia. vel ſi dicūt eēntiam vel partem eſſentie ꝑ ſe exn̄tis poterūt eſſe eēntialia his que ſunt ſub aīali vel ſub ſpēb⁹ ipſius aīalis. ſi aūt nō ſint talia nō erūt eſſentialia. via ergo diuiſiua vtilis eſt ad colligēdū talia q̄ ſunt in eo qȯ qd ⁊ eēntialia ſi h̄ fiat debito mō ƒm datā artē. ¶ Aduertēdū tñ ꝙ pertinere ad quid pōt eſſe dupl̄r. vel q̄tū ad rem vel quātū ad modū. quātum ad rem drīa predicatur in quid. qꝛ res ipſa quā ſignificat drīa pertinet ad quiditatē. quātū aūt ad modum pdicat̄ in q̄le. qꝛ pdicat̄ demrātiue. vñ ⁊ pħus aliqn̄ equiuoce in hac mā loquit̄. nā ſupra cū dixit de rōne aſſignata de trinitate ꝙ ſi nō erat diffō ꝙ erat gen⁹: ſupponebat ꝙ nō pdicaret̄ in qd niſi genus ⁊ diffō. ƒm quem moduꝫ differentia pertinet ad pdicātia in quale. hic autē cū ait diuiſiones vtiles ad colligendū qȯ quid eſt cū diuiſiōes fiāt per drīas. ipſe drīe pertinebunt ad qȯ quid eſt. poſſet tñ dcm̄ ſuperius hr̄e aliū intellectū. nā ſupponendo ꝙ acceptum ſit genus trinitatis ⁊ ꝙ accepte ſint drīe vel accepte ſunt tot quot rō inde ꝯſtituta cōuertat̄ cum trinitate tunc rō accepta erit diffō trinitatis. ſi autem nō conuertitur nondū peruentū eſt ad drīam vltimam. ſꝫ totū qȯ acceptū eſt ante drīam vltimam totā accipit̄ loco generis. Sed dices ꝙ ꝑuenire vſqꝫ ad drīam vltimā cōpetit diffinitioni bone ſimpl̄r. nō aūt diffōni bone in caſu. vbi ignorat̄ drīa vltima. ꝓpter ꝙ ſciēdum ꝙ ⁊ diffō bona in caſu oꝫ ꝙ accipiat eēntialia vel aliqd loco eēntialiū. Rurſus hꝫ diffō lꝫ nō accipiat drīam ꝓpriā. accipit tñ aliquid loco talis drīe. dicemus ḡ ꝙ etiā in tali diffōne vbi debent accipi oīa ſe hn̄tia in plus q̄diu nō ſunt accepta tot quot oīa ſe habeant in eque. tādiu oīa accepta ſe hēbunt vt genus. qꝛ q̄diu accipimus eſſentialia ſe hn̄tia in plus tādiu accipimus genus. qn̄ āt erūt accepta tot quot ſe hēbūt in eq̄ erit ipa diffō. huic ḡ ꝯſideratiōi īnitēs ibi pħs dicit rōnē acceptā vel eē gen⁹ vel diffōnē. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Differt autē aliqȯ pdictoꝝ prius ⁊ poſteri⁹ pdicari: vt eſt dicere aīal manſuetum bipes. ⁊ qm̄ bipes aut aīal manſuetum.

¶ Oſtēdit qūo ōbeāt huiuſmodi drīe accipi ordinate. Circa qȯ duo facit. qꝛ pmo facit qȯ dcm̄ ē. 2° aſſignat rōnē dicti. ibi. (Et iterū ex hoc.) Dicit ḡ ꝙ. (differt āt aliqȯ pdicamētoꝝ pus poſterius pdicari) .q.d. ꝙ magna differentia eſt ⁊ multū attendendū eſt ⁊ quo pdicata .i. qūo predicantia que ingrediunt̄ diffōnē ordinent̄ vt q̄ ordinentur pus ⁊ que poſterius qꝛ hoc mō erit vtilis ars diffinitiua per diuiſionē accepta ſi talia accipiunt̄ ordinate. ⁊ ſubdit ponēs exēplū. d. (vt eſt dicere aīal manſuetuꝫ bipes) vel (bipes aīal manſuetū) .q.d. ꝙ multuꝫ referret ordinare partes diffōnis ſic vel ſic. qꝛ primo mō bene ordinata eſt diffō. ſecundo male. ¶ Deinde cum dicit.

